rētes dicunt i hora tertia pdidisse gr̄am: vt
ponit in ꝓpendio theologie li. i. vnde ꝓue-
niens fuit q̄ eadem hora apostolis redde-
ret. Tum etiam vt insinuet q̄ in tertio tpe
gr̄a dei copiose in mundum effusa ē. Nam
genus humanum sub triplici statu decurre
re ponitur a doctoribus. Primus legis na
ture ab adam vsq̄z ad moysen. Secundus
fuit legis scripte: a moyse vsq̄z ad xp̄z. Ter-
tius legis gratie: a xp̄o vsq̄z ad cōplet⁹ nu-

meruz electoruz. ¶ Tertia cõsideratio de missiõe spũs sci dr̃ q̃litatis. Duplex ẽ missio spũs sci: vna iuisibilis q̃ mittit̃ i mẽtẽ ad sci ficanduz creaturã: ⁊ ista missio fit ad ĩhabitatiõez creature rõnalis. Alia ẽ missio visibilis sic̃ apparuit sup xp̃z i columbe specie: ⁊ sup aplos i linguis igneis. Qui spm̃ scm̃ iuisibiliter hr̃e cupit opus ẽ vt se ꝯformet apostolis i qbus septez ꝯditiões describũt̃ fuisse. Prima ꝯditio fuit qr erãt aĩo quieti. Et hoc ẽ qd̃ dr̃ Actuũ. ij. c. Duz ꝯplerent̃ dies penthecostes. i. dies regetiõis. Illud. n. festũ erat ad regez deputatũ. Jõ dixit deus p Isaiã. c. lx. Sup quẽ regescet spũs meus nisi sup humilez ⁊ qetũ. Scdo erant apostoli dilectiõe vniti: qd̃ notat̃ cũ dr̃. Erant oẽs pariter. Erat qdez eis cor vnuz ⁊ aĩa vna. Sic̃. n. spirit⁹ hoĩs ñ viuificat membra corporis nisi vnita. Sic nec spiritus sanct⁹ mẽbra spũalia. Tertio erãt apostoli loco secreti: de hoc subdit̃ in eodẽ loco. s. i cenaculo. Quarto erãt or̃one assidui. iõ subdit̃. Erãt pseuerãtes vnanimiter i or̃one: de illis cãtat ecclesia. Orãtib⁹ apostolis deũ venisse nunciat. Quito erãt hũilitate p̃diti ex eo q̃ scribit̃ qr erãt sedẽtes. i. hũiles: Sexto erãt pace ꝯiuncti qr erãt i hirl'm q̃ iterp̃tat̃ visio pacis. Septio erãt ꝯtẽplatiõe erecti: p hoc q̃ dr̃: qr recepunt spm̃ scm̃ ĩsupiori cenaculo. Qualiter ãt missio illa visibilis i apostolos fuerit ꝯpleta declarat̃ Actuuz. ij. c. vbi dr̃. Fcũs ẽ repẽte de celo son⁹ tãq̃z aduenientis spiritus vehementis ⁊ repleuit totã domuz vbi erãt sedentes. Nicho. de lira. sedentes. i. manẽtes eo mõ quo dr̃ i deutero mio. c. i. Sedistis i cades barne multo tpe. i. mansistis. Nã apostoli tũc erant i or̃one q̃ ñ fit sedẽdo sz magis flectẽdo genua vel stãdo. Insup luce vltimo xp̃s dixerat eis. Sedete i ciuitatẽ: id ẽ manete quousq̃z induamini v̄tute ex alto. Et apparuerunt illis dispartite lingue tanq̃z ignis seditq̃z supra singulos eoꝝ ⁊ repleti sunt oẽs spũ scõ. Sz posset aliqs q̃rere an apostoli añ istaz diẽ acceperant spm̃ scm̃. Et rñdẽt doctores q̃ sic sz ñ i tãta copia. Cũ. n. fuerũt vocati ad xp̃i sequelaz ⁊ apostolatuz receperũt spm̃ scm̃ ad ꝓp̃az iustificatiõez ⁊ psonalẽ pfectõez. Quãdo aũt misit eos ad p̃dicãdũ añ suã passiõez tunc receperunt spm̃ scm̃ ad ĩfirmoꝝ curationez: ⁊ miraculoꝝ opatiõem. Dedit nanq̃z ptãtem illis curandi languores: eijciẽdi demões. Sic̃ pz Mat. x. c. Sz qñ sufflauit ⁊ dixit eis. Accipite spm̃ scm̃: tũc receperunt eũ ad pcõꝝ remissiõez ⁊ sacramentoꝝ ministratõez. Et vt refert Aug. iiij. li. de tri. Flatus ille corporeus substãtia spũs scti nõ fuit sz demonstratio p ꝯgruã significatõez ñ tm̃ a p̃re sz a filio, pcedere spm̃ scm̃. Et spũs sanct⁹ ibi ñ accipit̃ put ẽ tertia i trinitate psona sz p dono spũs sci: vt sit sensus. Accipite spiritũ scm̃. i. donũ spũs sci put expõit Philippus d̃ mõte calerio i euãgelio Joannis Ista vo die apostoli receperunt spm̃ scm̃ ad habendaz itelligentiaz scripturaꝝ vt declarabim⁹ i seq̃nti mysterio. ⁊ noticiaz oĩuz lĩguarũ ad audaciaz ⁊ fortitudinẽ: ad oĩum meritoꝝ plenitudinẽ: ad p̃dicatõez euãgelij: ad tolleratiõez martyrij: ad ꝯuersiõez populorũ ⁊ coruscatiõez miraculoꝝ. Ergo repleti sunt nõ soluz plenitudĩe sufficiẽtie sz ẽt plenitudĩe redũdãtie. ¶ Qd̃ apli faciẽte spũ scõ loq̃bat̃ varijs lĩguis ⁊ acceperũt sciẽtiã diuinaꝝ reꝝ atq̃z fortes fci fuerũt vt ñ timerẽt cruciatus neq̃z mortẽ. Ca. iij.

Tertiũ mysteriũ ꝯtẽplãdũ de spũ scõ dicit̃ operatõis. Inter cetera qppe studenda q̃ i apostolis est operatus: sunt p̃cipua ⁊ singularissima tria.

¶ Primum fuit locutio.

¶ Secundum illustratio.

¶ Tertium fortificatio.

¶ Primũ op⁹ mirabile fuit locutio: nã statĩ fec̃ illos loq idiomata oĩuz gẽtiuz q̃ tñ antea ñ didicerãt. Et lz qdã dicere voluerũt: q̃ apostoli lĩgua ꝓp̃a loq̃ntes itelligebãt̃ ab audiẽtibus ac si eoꝝ idiomata pferrẽt. Tñ verior ẽ snĩa illoꝝ q tenẽt q̃ ip̃i apostoli varia linguaꝝ genera p spm̃ scm̃ dicerũt. Vñ ecclesia de ip̃is cãtat. Linguis loquunt̃ omniũ turbe pauẽt gẽtiliũ: musto madere deputãt quos spũs repleuerat. Et Actuũ. ij. c. scribit̃. Ceperũt loq varijs linguis put spirit⁹ scũs dabat eloq illis. Erãt ãt i hierusalẽ habitãtes iudei viri religiosi. i. i cultu diuino deuoti scdz Nicho. de lira ex oĩ natio-

ne q̄ sub celo ē: q̄ ꝓuenerāt i hirl̄z rōne festi.
Mā iudei captiuati p Salmāsar regē assiri
oz̄ ñ redierūt i iudeaz Similit captiuati p
regē chaldeoz ñ redierūt oēs: q̄uis haberēt licētiā redeūdi ſz remāserūt mlti amore
filioz quos genuerāt ibi ⁊ possessionū q̄s ac
q̄sierāt. Multi adhuc captiuati p Anthiochū regē grecoz ⁊ diuersis gētib⁹ vēditi re
māserūt. Uerūtñ alīq eoz magis ꝺuoti pp re
uerētiā tēpli aliq̄ñ i hirl̄m maxie i solēnitati
b⁹ magnis q̄ruz vna erat solēnitas pēthecostes: Et dicitur penthecostes a pētha qō ē
q̄nq̄ ⁊ coste qō ē decē. Quinq̄gesima nanq̄
die a pascha celeberrima erat apō iudeos
in memoriā bñficij legis date q̄ fuit data i
mōte synai q̄nquagesima die vt supius tactū est: postq̄ filij isrl̄ egressi sunt de egypto
facta igit hac voce. s. spūs vehemētis vt
vēti vt tōitrui q̄ ab alijs audita fuit: vl apostoloz ⁊ alioz cū eis existētiū deū voce mag
laudātiū q̄ prius timore ducti ñ audebāt lo
q̄: ꝓuenit multitudo ⁊ mēte ꝓfusa ē. i. stupefacta: quoniā audiebat vnusq̄sq̄ lingua sua
illos loq̄ntes: dicebāt āt cū admiratōe. Nō
ne ecce oēs isti q̄ loquuntur galilei sunt: Et
quomodo nos audiuimus vnusq̄sq̄ linguā
nostrā in qua nati sumus. Parti ⁊ Medi ⁊
Helamite ⁊ q̄ habitāt mesopotamiā Judeā
⁊ Capadociā Pontum ⁊ Asiam: frigiā et
Pamphiliā. Egyptū ⁊ partes libie q̄ ē circa cirenē ⁊ aduēe Romāi. Et dicūtur hic romani aduene poti⁹ q̄alij: tū q⁹ a remotioribus ptibus venerunt: tū q⁹ mare transierāt
Judei quoq̄ ⁊ pseliti. i. ꝓuersi de gētilitate
ad iudaismū. Cretes ⁊ arabes audiuimus
eos loq̄ntes nr̄is linguis magnalia dī. Alij
aūt irridētes dicebāt q⁹ musto pleni sunt p
ḡbus cātat ecclesia. Musto madere deputāt quos spūs repleuerat. Tū petrus veritatē rei p scripturas declarauit. Et illa die
apposite sunt. i. baptizare ⁊ ad numer⁹ fide
liū ꝓgregate aie circiter tria milia. Scōm
op⁹ mirabile qō spūs scūs i aplis fuit opat⁹
Illustratio dī: Mā itellectū eoz illuminauit
vt de diuinis q̄ ad saluiē sunt necessaria ni
hil penit⁹ ignorarent: hoc p̄miserat eis xp̄s
cū dixit Joā. xiiij. c. Paraclit⁹ āt spūs scūs
quē mittet p̄ in nōie meo ille vos docebit
oīa ⁊ suggeret vobis oīa q̄cūq̄z dixero vob⁹.
Et. xvj. c. Cū venerit ille spūs vitatis docebit vos oēm vitatē. Et Luce. xxj. ca. Ego
dabo vob os ⁊ sapiaz cui ñ poterūt ꝓdicer ad
uersarij vr̄i. Res ē pfecto stupēda q⁹ tā celerit absq̄ doctore spūs scī sola pūtia noticiā
apl̄oz plenissimā acceperūt ō oīb⁹ q̄ a moyse ⁊ pphīs fuerāt cōscripta. Hic Hiero⁹ ad
Panlinū ait. Phariſei stupēt i doctria dñi
⁊ mirant i Petro ⁊ Joāne quō legē sciāt cū
lras nō didicerit. Quicqd. n. aliis exercitatio ⁊ quotidiana i lege dñi meditatio tribuere solet: illis spūs scūs suggerebat ⁊ erant
inſt qō scriptū ē docibiles deo. Quinimo ō
secretis diuinis magis fuerūt illuminati q̄
pphe veteris testamēti: ⁊ i maiori plenitudie grām spūs sci receperūt: atq̄z de mū pro
phetādi excellēti⁹ habuerūt. Nō āt apli p
phetie munere fuerūt ꝓditi: p̄z Actuū. ij. c.
v. c. vj. c. xi. c. xiij. c. xv. xvij. c. Tāta aūt fuit i
illis vis doctrie q⁹ i oēs gētes ⁊ natōes mū
di p eos lux vitatis effulsit. Tertiū op⁹ mirabile qō spūs scūs opat⁹ ē i aplis d̄ fortificatio: q̄ corda eoz adeo fortificauit: vt nullo
timore: nullo terroze: nullaq̄z eomminatiōe a xp̄i ꝓdicatiōe retardarent. Jō i simone q̄ legit i officio apl̄oz. Grego. ait. Scriptū ē: spūs dñi ornauit celos: ornamēta. n.
celoz sūt vtutes ꝓdicātiū. Que videlz ornamēta Paulus enumerat dicēs. Alij dat p
spm̄ sm̄o sapie. Alij sm̄o scientie scōz eundē
spūm. Alij fides i eodē spū. Alij gr̄a sanitatū
i vno spū. Et isra. Quot sunt bona ꝓdicātiuz
tot sunt ornamēta celoz. Hic rursus scriptū
ē. Uerbo dñi celi firmati sunt ⁊ spū oris ei⁹
omis vtus eoz. Uerbū. n. dñi ē fili⁹ p̄ris. Sz
eosdē celos videlz scōs apl̄os vt tota sil trinitas oñdat opata repēte de sci spūs diuinitate adiungit. Et spū oris ei⁹ omis vtus
eoz. Celoz igit vt de spū sumpta ē q⁹ mūdi hui⁹ ptātib⁹ ꝺire ñ ꝓsumerent nisi eos sci
spūs fortitudo solidasset. Quales nāq̄z doctores scē ecclesie añ aduētuz hui⁹ spūs fuerit scim⁹: ⁊ post aduētū illi⁹ cui⁹ fortitudinis
facti sunt ꝓspicim⁹. Certe ipse pastor ecclesie Petr⁹ q̄te debilitatis q̄tecq̄z formidinis añ aduētū hui⁹ spūs fuerit ancilla ostiaria rogita dicat: vna. n. mulieris voce per

cussus: dū mozi timuit vitam negauit. Et tunc ꝑetrus negauit i terra: cū latro ꝓfitebat i cruce. Sz vir ista tāte formidinis q̄ lis post aductū spūs existat audiam⁹. Fit cōuēt⁹ magistratuū atq; seniozꝫ: cesis denunciat aplis ne i noie iesu loq debeāt. ꝑetr⁹ magna auctozitate rūdit. Obedire oz deo magis q̄ hoīb⁹. Et rursuz. Si i ꝓspectu domini iustū ē vos poti⁹ audire q̄ deū: iudicate: libens beat⁹ Andreas ꝓsecutozib⁹ suis rūdit. Tāto.n. ero regi meo acceptioꝛ q̄to ꝑ eius noie fuero ꝑmanēs i tormētis ꝓstantioꝛ. Nō.n. possum⁹ q̄ audiuim⁹ et vidimus nō loq. Et illi gdē ibāt gaudētes a cōspectu ꝓsilij qm̄ digni habiti sunt ꝑ noie iesu. cōtumeliā pati. hec ille. Securus et gaudēs ad crucē ꝓpauit ꝑetr⁹ ita et frater ei⁹ Andreas: pūs scūs erat i eis. Sic et apostoli ceteri mortē violētaz letāter tulerūt: q: spūs scūs oēz ab eis timorē ciecerat: Nec tm̄ apostolis hec fortitudo supnaturaliter tributa est. Quinimo et scis vt sic dicā inumeris: ꝓfessoꝛib⁹: virginib⁹ et martyrib⁹. Quisnā fecit tpaliū bonoꝛ ꝓceptoꝛes cos q xp̄m nudum nudi secuti sunt nisi spiritus scūs? Quis habitare fecit i solitudine i speluncis amicos dei vigilātes oātes: et carnem durissimis ieiunijs disciplinis et verberib⁹ affligentes: nisi spūs scūs? Quis deniq; fecit martyres aio itrepido tot illata tormēta et exq̄sitissima cruciatū genera ꝑpeti nisi spūs scūs? Ubi admirari plurimū simul et in fide ꝓsolidari debem⁹ dū supadicta oia i seru fragili mulieꝛ inueniri ꝓspicim⁹. O verē stupēda virt⁹ spūs sci q̄ tot hoies supa hoies eleuauit. O gr̄a dei electis copiosissime dispēsata q̄ terrenos hoies celestes effecit. O fons ideficiēs bonitatis dei ad quē cuncti mortales ꝓfugere securi debēt qm̄ vt ingt Cypria⁹ i epistola ad dōatū. Profluēs largiter spūs nullis finibus p̄mit: nec vllis coherētibus claustris itra certa metaꝛ spatia refrenat. Manat iugit: eruberat affluenter: nr̄m tm̄ pect⁹ fitiat et pateat. Quātū illuc fidei capacis afferim⁹ tm̄ ide gr̄e iundātis baurim⁹. hec ille supplici corde igr̄ postulem⁹ vt pissim⁹ d̄s spū sco suo repleat corda mr̄a. Qui sit benedictus in secula seculoꝝ, Amen.

¶ Sermo vigesimus p̄m⁹ d̄ beatitudie sanctoꝛ in quo ꝓfitat fatuitas hoīum mundanoꝛuz qui nō credunt aligd de vita futura.

Merces vr̄a copiosa ē i celis. Verba sunt redēptoris nr̄i originalit Mat. v. c. Tāta ē quozūdā stultia vt arbitrent nulla ee bōa ꝑter ea q̄ i p̄nti vita a pissimo deo vsib⁹ hūanis ꝓcedūt. Nil credūt: nil cogitāt. Nihil deniq; spant: de futura celestis regni hereditate. Somnū putā imo fictionē et fabulā: qcqd scōz oēz vitatē d̄ scōz beatitudie ꝓclamat. Hi oēz diligētiā adhibēt vt coꝛpeis sensib⁹ i suis delectatōib⁹ voluptuosis satisfiat. Nam vo vtutib⁹ hōestisq; moꝛib⁹ istruer et negligūt et ꝑtēnūt. Propterea equū ē cēsui si i p̄nti smōe d̄ btitudie vba fecero. Mā illā cūcti desiderare debēt q̄ merito ꝓponēda est oīb⁹ q̄ ab hoie ꝑcio haberi solēt: de hac glibet iust⁹ atq; fidelis asserit illud Sapientie. c. vij. Preposui illaz regnis et sedib⁹: et diuitias nihil esse diri in ꝓparatiōe illi⁹: nec ꝓparaui illi lapidē ꝑciosum: quoniam omne auruz in comparatione illius harena est exigua: et tanquā lutū extimabit argentū in ꝓspectu illius. Sup salutez et speciez dilexi eaz: et ꝓposui ꝑ luce habere illaz quoniā inextinguibile est lumen illius: venerunt autem mihi oia bona pariter cum illa. Ut igitur disponamus ea que tractaturi sumus oꝛdine debito: beatitudinisq; laudes mirificentissimas complectamur q̄ copiosa merces a nr̄o saluatoꝛe merito nuncupatur: de ipsa tria mysteria p̄rncipalia ꝓponemus ꝓtemplanda.

¶ Primū dicit beatitudinis desideriuz.

¶ Secundum beatitudinis subiectum.

¶ Tertium beatitudinis obiectum.

¶ Quod beatitudo est bonuz qd̄ cuncti desiderare debent. Capitulum. j.

Primū mysterium ꝓtemplandū dicit beatitudinis desideriuz: i quo iducēda est cunctoꝛ mens vt ad beatitudinem dirigant coꝛdis affectum: illamq; viri⁹ totis conent adipisci. Nā et de hoc ita pulchre loq̄t Seneca ad Lucillū. Ad sūmū iquit bonuz et ꝑpositū totius vite tue rei ꝑtice. Ille.n. cōsentire debet q̄cquid agim⁹.

ideo peccamus qa de ptibus vite omnes deliberamus de tota vo nemo deſiderat. Errant ꝓfilia nr̃a qꝛ nō hñt quo dirigantur ignoranti quem poꝛtuꝫ petat: nullus finus certus eſt: hec ille. Sꝫ vt ps iſta lucidioꝛ fiat opus eſt vt ad tria dubia reſpondeam⁹.

¶ Primū vtrū hoi ꝙueniat agere pp finē.

¶ Scōꝫ vtꝫ finis hūane vite ſit btitudo.

¶ Tertiū vtꝫ btitudo ſit bonū ꝺſiderabile

¶ Ad primuꝫ dubiuꝫ rñdet ſanctus Tho. ꝑma. ij. q. j. ꝙ actionum q̃ ab hoīe agunt: ille ſole ꝓpe dicunt humane q̃ ſunt ꝓpe hoīs inquantū ē hō: differt autez hō ab alijs irrationalib⁹ creaturis i hoc ꝙ ē dñs ſuoꝝ actuuꝫ qō fit ꝑ rōnez ⁊ voluntatez. Ille itaqꝫ actiones ꝓpe humane dicunt q̃ ex voluntate deliberata ꝓcedunt. Ille vero nō ꝓpe humane ſunt ſicut dum mouet pedem: vel fricat barbam alijs itentus ⁊ ſimilia: lꝫ ſint hoīs iſte actiōes ſcōe ñ ſunt ꝓp finem exꝫ bus hō nec mereri pōt nec ꝺmereri. Sꝫ ꝑme actiones ad finē ſunt dirigende. Inqt nanqꝫ philoſophus in. ij. phiſicoꝝ. Finis eſt ꝑncipiuꝫ in opabilibus ab hoīe. Et i. ij. Ethicoꝝ aſſerit. Fine oēs operantur. Et itez i. ij. Phiſicoꝝ. Nō ſolum itellectus ſed natura agit ꝓpter finez. Et in. ij. Metaphiſice. Qui iſinituꝫ faciunt auferunt naturā boni. Cū ita qꝫ finis ſit q mouet agentem ⁊ lꝫ in executione ſit poſterioꝛ tñ ꝑnioꝛ eſt in intentōe agētis ⁊ hꝫ rōnem cauſe: ꝓpterea ad hoīez ſpectat vt agat ꝓp finez. Ad ſcōꝫ dubiuꝫ rñdet Ricar. in. iiij. di. xlix. ꝙ vltimus finis humane vite ē beatitudo vt ait Aug. li. viij. de ci. dei. Finis boni appellat quo gſqꝫ cuꝫ ꝙueneꝛit beatus ē. Et idē. li. xix. ō ci. ōi. Illud eſt finis boni ꝓp qō appetenda ſunt cetera: ipm aūt ꝓp ſeipꝫ. Et. xxij. li. de ci. dei. Finis ingt nr̃ eſt ꝙuenire ad illud regnuꝫ cuius nullus finis eſt. Et apoſtolus ad romanos. vj. Habetis fructū vr̃z i ſanctificatione: finē vo vitam eternam. Sꝫ ꝺ oriē diffi cultas quoniā eū beatitudo ſit in ipſo deo. ⁊ btitudo eſt finis humane vita etiam erit finis oīum creaturarum. Nam vt inquit Dionyſius i li. de diuinis noībus. Deꝰ cōuertit oīa ad ſeipm tanq̃ ad vltimum finē Ad qō dic̃ Tho. i. ij. q. j. ꝙ ſic colligit ex dictis Ariſto. ij. phiſicoꝝ. ⁊. v. metaphiſice. Finis ꝺ dupliciter. ſ. vel ciꝰ terminus in quo id eſt ipa res in q̃ rō boni inuenit vel vſus ſiue adeptio illiꝰ rei. Sic ſi dicamus ꝙ motus coꝛpis grauis finis eſt vel locus iferioꝛ vt res vel hoc qō eſt eſſe in loco iferioꝛi vt vſus. Et finis auari eſt vel pecunia vt res vel poſſeſſio pecunie vt vſus. Si g̃ loquamur de vltimo fine hoīs quantuꝫ ad ipſaꝫ rem q̃ eſt finis. Sic i vltimo fine hoīs oīa creata ꝙueniunt: qꝛ deus eſt vltimus finis hoīs ⁊ oīuꝫ aliaꝝ rez. Si autez loq̃mur de vltimo fine hoīs quantuꝫ ad ꝓſecutiōez finis. Sic in fine hoīs ñ ꝓmunicant creature irrationales. Nam ⁊ hō alie creatūre rōnales ꝓſequunt vltimum finez cognoſcendo ⁊ amando deū: qō nō ꝓpetit alijs creaturis q̃ adipiſcunt vltimuꝫ finez inquantuꝫ participant aliquam ſimilitudinem dei ſcōm ꝙ ſunt vel viuunt vel etiaꝫ cognoſcūt ſcōz inſtinctum nature: lꝫ nō ꝑ rōnem vel itellectuꝫ. Jō magiſter. i. di. ij. dic̃. Fecit ōs creaturaꝫ rōnalez vt ſummū bonū intelligeret intelligendo amaret: amando poſſideret: ⁊ poſſidendo frueret. Quare vt Aug. docet in li. lxxx. iij. q. Nō cadit in aliq̃ rōne carentia vt beata ſint. ¶ Tertiuꝫ dubiuꝫ fuit vtꝫ beatitudo ſit bonum deſiderabile. Et poſſet qs arguere ꝙ nō: nam nullū bonū incognituꝫ eſt deſiderabile: hoc ꝑz. Quia bonum apprehenſum eſt obiectuꝫ appetitus vt ingt Ariſto. in. iij. de aia. Jō Aug. li. x. ō tri. c. j. ait. Firmiſſime nouimus amari niſi nota nō poſſe. Sꝫ beatitudo eſt bonuꝫ i cognitum g̃ non eſt bonuꝫ deſiderabile. Philoſophi qdē multo ſubtiliter elaborarūt vt de beatitudine ac ſummo bono cognitionem inuenirent. Et vt Lactantius ſcribit i ꝓncipio ꝓmi libꝝ diuinaꝝ inſtitutio. Heqꝫ adeptiſunt qō volebant ⁊ opam ſimul atqꝫ induſtriam ꝓdiderunt: hoc iō dirit. qꝛ vt recitat Aug. li. xix. ō ci. dei. Marcus varro notaut ducētas octogintaocto falſas opiniones de beatitudine quas phi ſuo ingenio adinuenerūt Aug. etiam in. xiij. de tri. aſſerit quoſdam poſuiſſe beatitudinem in voluptate coꝛporis: quoſdā i voluptate animi: quoſdā in alijs rebus puta i diuitijs vel

honorib⁹: ⁊ huiusmõi: vt etiã scribit Aristoteles in p̃mo ethicoꝝ. De his ad hoc ita loquitur Lactanti⁹ li. iij. diuina. insti. Epicurus summuz bonũ in voluptate animi esse censet. Aristippus in voluptate corpis. Caliphon et Dinomacus cirenaici honestatẽ cũ voluptate iunxerũt. Diodorus in priuatione doloris summũ bonuz posuit. Hieronymus in nõ dolendo. Peripatetici aũt in bõis animi ⁊ corporis ⁊ fortune. Erilli suz mũ bonũ ẽ sciẽtia Zenõis cũ natura ꝯgruẽter uiuere. Quorũdã stoicoꝝ virtutẽ seq Aristot. in honestate ac v̄tute summuz bonũ collocauit: hec ille: Sz ĩfra de Epicuro ita sequit̃. Epicuri disciplina multo celebrior sp̃ fuit q̃z ceteroꝝ: ñ qꝛ veri aliqd auferret: sz qꝛ multos ad populare nom̃ voluptatis inuitat. Nemo eni ñ in uitia ꝓnus est. Propterea vt ad se multitudinem ꝯ̃hat apposita singulis quibusq̃z morib⁹ loqt̃. Desidiosũ vetat lr̃as discere. Auaꝝ populari largitione liberat. Ignauũ ꝓhibet accedere ad rẽpublicã: pigrũ exercere: timidũ militare. Cõstat itaq̃z ex his q̃z erronea fuerit philosophoꝝ mens circa beatitudinẽ agnoscẽdã Sed p̃ter illos adhuc ꝯfirmare possum⁹ ꝙ btitudo ñ ẽ cognoscibilis p v̄ba pauli q p̃me ad Corin. c. ij. ait. Ocul⁹ ñ vidit ⁊ auris nõ audiuit nec i cor hoĩs ascẽdit q̃ p̃parauit d̄s his q diligunt illuz. Sz ista de btitudĩe sic Paulus locut⁹ est. Ergo tale bonum est qd̄ a nob̄ ꝑcipi minime põt ⁊ ex cõseq̃nti neq̃z desiderari. At i ꝯ̃riuz ẽ sn̄ia Aug. q li. x. d̄ ci. dei. c. i. ait. Oĩum certa sn̄ia est q rõne quo quomõ vti possunt beatos esse oẽs hoĩes velle. Et i. xiij. de tri. Ad appetenduz beatitudinez natura ꝯpellit cui summe bon⁹ ⁊ ĩmutabiliter beatus creator hoc ĩdidit. Et de hoc Aristo. in. i. ethicoꝝ sic scripsit: bene nũciauerũt dicẽtes bonuz esse qd̄ oẽs appetunt. Et in. iij. thopicoꝝ. Maxime bonuz oẽs maxĩe appetũt. Pro amouenda igit̃ oĩ ambiguitate notãduz ex dictis Ricardi in iiij. di. xl viiij. Et Tho. i. ij. q. v. ꝙ beatitudo potest accipi tripliciter.

¶ Primo in suo esse generali.
¶ Secundo in suo esse speciali.
¶ Tertio in suo esse specialissimo.

¶ Prĩo põt beatitudo accipi in suo esse generali inquantuz est bonuz qd̄dam sufficiẽtissimũ ⁊ sic ẽ oĩb⁹ nota. Quilibet. n. scit qd est bonuz ⁊ qd est sufficientissimuz. Et hoc mõ oẽs beatitudinem appetunt. Nam sic appetere beatitudinez nihil est aliud q̃z appetere vt volũtas satiet̃ qd̄ qlibet vult. Et hoc est qd̄ Boetius dixit i. iij. de ꝯsolatiõe. Oĩs nãq̃z mortalium cura q̃z multipliciuz studioꝝ labor exercet: diuerso qdez calle ꝓcedit: ad vnum tñ beatitudinis finem nititur ꝑuenire. Et sumit̃ h̄ vnus finis s̄m Geralduz oddonis sup p̃mum ethicoꝝ ñ scd̄m speciez opiniõis sz s̄m ꝓportionez. Naz sicut leuia habent vnuz finez s̄m speciez nature. s. locuz sursum. Et grauia habeant alium finẽ s̄z speciẽ nature. s. locũ deorsum. tñ grauia ⁊ leuia hñt vnuz finez s̄m ꝓportõez nature. Eo ꝙ ita se hz locus deorsuz ad grauia. sic locus sursuz ad leuia: Ita ⁊ oẽs hoĩes tendunt ad vnuz finẽ s̄z ꝓportiõez opinionis. eo ꝙ ita se hz pecunia ad auarũ i q̃ opinat̃ se fieri posse vnuz sic delectatio libidinis ad luxuriosuz. q in sua luxuria putat ꝯstare beatitudinẽ. Oẽs qppe appetũt qcqd ẽt ĩdebite appetunt tanq̃z cõsummatũ bonuz. Scd̄o põt beatitudo accipi i suo esse speciali inquãtuz. s. ꝯsistit ñ in bonis p̃ntis vite. sz in clara dei visiõe ⁊ ꝑfecta eius dilectiõe ⁊ gaudio qd̄ h̄r d̄ dei bonitate p̃nti p clarã ei⁹ visiõez ⁊ ꝑfectã dilectiõez. Et hoc mõ beatitudo nõ fuit nota philosophis. quã tñ post q̃z xp̃s dei filius venit i mũdũ oẽs q volũt agnoscere desiderare ⁊ acqrere valẽt. Ipse qdez q lux fuit ⁊ splẽdor oĩs veritatis viaz nob̄ summi bõi oñdit. Ip̃e clamauit Mat. iiij. c. dicẽs. Pn̄iaz agite appropinq̃bit regnuz celoꝝ. Et. v. c. Merces v̄ra copiosa ẽ in celis. Et. vj. c. Nolite thesaurizare vob̄ thesauros i terra: thesaurizate vob̄ thesauros i celo. Et Joã. xvij. c. Hec est vita eterna vt cognoscãt. s. facie ad faciẽ te veꝝ deũ ⁊ quẽ misisti iesuz xp̃z filiuz tuũ. Et ꝯpletis hũane redẽptõis misterijs q̃dragesima die postq̃z surrexit a mortuis vidẽtib⁹ discipulis eleuat⁹ est ⁊ ascendit ad celos. Iccirco Lactãtius li. vij. diuinaꝝ ĩstitutio. ait. Pr̃. n. vester ac dñs q ꝯdidit firmauitq̃z celuz q li

brataz magnitudine sua terrã valluit mon
tib⁹: mari circũdedit. amnibusqz distinxit.
⁊ qcqd ẽ in hoc mũdo mirabile ꝯflauit ac ꝑ
fecit ex nihilo. ꝑspectis erroribꝰ hoĩum: du
cez misit q nob viã iusticie panderet. Hũc
seq̃mur oẽs: hũc audiam⁹: huic ꝺuotissime
pareamus. qm̃ sol⁹ ut ait Lucreti⁹ veridicis
hoĩuz purgauit pectora dictis ⁊ finẽ statuit
torpedinis atqz timoris oñditqz bonũ sum
mũ quo tẽdim⁹ oẽs qd foret: atqz viã mon
strauit limite paruo: quo possem⁹ ad id re
cto ꝯtẽdere cursu. Nec tm̃ oñdit sed ẽt ꝑces
sit: ne qs difficultatis gr̃a iter virtutis hor
reret. hec ille. Tertio põt accipi btitudo in
suo eẽ specialissimo ꝓut. s. ẽ actualit̃ i beatis
cui⁹ magnitudinẽ explicare neq̃qz possum⁹
qa nulla sensibilis expiẽtia q̃rũcũqz delecta
tionũ pñtis vite minimaz ꝑtẽ illi⁹ dulcedi
nis põt designare. Et ocul⁹ ñ vidit nec au
ris audiuit: neqz hũanũ cor excogitauit vn
q̃z q̃z igens sit illa supna felicitas. Hic Gre
gori⁹ i omelia iqt. Si ꝯsiderem⁹ frẽs charis
simi q̃ ⁊ q̃zta sunt q̃ nobis ꝓmittunt̃ in celis
vilescunt animo oĩa que habent̃ in terris.
Terrena nãqz snbstantia supne felicitati cõ
parata: põdus ẽ ñ subsidiũ. Tẽporalis vita
eterne vite cõparata mors est poti⁹ dicen
da q̃z vita. Hinc i trãsitu beati hieronymi
scribit hec v̄ba. Aug. ad Cirillum eo die ⁊
hora q̃ hieronym⁹ sanctissimus ex hac luce
migrauit. duz Iponie i cellula mea qescens
de gloria beatoꝝ cogitarẽ vellẽqz ꝺ illa tra
ctatuz breuẽ cõponere cõpulsus ꝑcib⁹ nr̃i se
ueri quondaz venerabilis Martini epi iu
ronẽsis discipuli: charta calamo pugillari
qz susceptis: volui epl̃az scribere scitissimo
hieronymo destinãdã: vt qd ipse i re tã dif
ficili sentiret: rñderet. Cũqz iaz scribẽs salu
tatiõis exordiũ hieronymo pñtarez: ĩcessabi
le subito lumẽ: cuz inaudita odoꝝ fragrãtia
cellulã in q̃ stabã intrauit: hora iã ꝯpletorij:
Ad quã visiõez ꝑꝑ rei tã admirabilis noui
tatez ꝑterrit⁹ esse cepi. Cunqz qdnã id esset
attenti⁹ cogitarẽ de luce vox ĩsonuit dicẽs.
Aug. Augustine qd queris: putasne breui i
mittere vasculo mare totũ: Modico ĩclu
dere pugillo terraꝝ orbẽ: Celũ firmare ne
suos exerceat mot⁹ ĩfinite rei qs ĩerit finis:
ĩmensa q̃ mẽsura metieris: Poti⁹ totũ ma
re in artissimo clauderet̃ vasculo: poti⁹ or
bem terraꝝ paru⁹ teneret pugillus: poti⁹ a
motu ꝯtinuo celum desisteret: q̃z gaudioꝝ ⁊
glorie qb⁹ beatoꝝ aĩe sine fine potiunt̃ mi
nimã ꝑticulã ĩtelligeres: nisi vt ego experiẽ
tia docearis: discurre ad hoc breue tꝑis spa
tiũ ⁊ talia satage opa exercere vt postmodũ
ibi q̃ h aliq̃liter ĩtelligere cupis i eternũ ha
beas. Interrogãti v̄o mihi qs nã esset q ta
lia tam grauissime loq̃ret̃. Rñdit benigne:
hieronymi illi⁹ ꝑsbyteri cui epistolã scribe
re cepisti suz aĩa q̃ in hac hora i bethleez car
nis onere deposito iocunda ⁊ gloriosa ꝑgo
ad regna celoꝝ: post q̃ ⁊ alia multa q̃ mecũ
ꝯtulit a meis oculis lux disparuit. Quanto
igit̃ min⁹ btitudinis sup̃ne sublimitas põt
ꝯprehẽdi tãto ardenti⁹ ẽ a nobis exoptãda.
¶ Qd beatitudo ꝯsistit i aĩa: in ĩtellectu vi
delicet ⁊ in voluntate. Capi. ij.

Secũdũ mysteriũ ꝯtẽplãduz dicitur
beatudinis subiectũ: in quo tria du
bia sunt absoluenda.
¶ Primũ vtꝝ beatitudo sit act⁹ aĩe tantũ.
¶ Scdz vtꝝ sit act⁹ ĩtellect⁹ ⁊ voluntatis.
¶ Tertiũ vtꝝ sit ꝑncipali⁹ i actu volũtatis
q̃z ĩtellect⁹. ¶ Ad ꝑmũ dubiũ rñdet Ricar
d⁹ i. iiij. di. xlix. ꝙ btitudo ẽ act⁹ aĩe tm̃. Nã
beatitudo ẽ nobilissimũ qd i hoĩe possit esse
nec in creaturis infra hoĩes cõuenire põt.
Oportet g̃ ꝙ ꝯsistat in actu ꝓprio hoĩ: ñ quo
cũqz sz nobilissimo. Act⁹ ãt hoĩs ꝓpri⁹ ñ est
nisi ille q ẽ hoĩs ꝑ illã formã q̃ hõ ẽ: hoc ẽ ãt
aĩa ĩtellectiua. Nobilissim⁹ g̃ act⁹ hoĩs ẽ ille
q̃ sibi ꝯuenit scdm aĩam ĩtellectiuã: siue sit
cognitio siue dilectio. Ex quo damnat̃ opi
nio illoꝝ q dixerũt aĩaz sine corpe btãz eẽ ñ
posse. Nã vt inqt Tho. i. ij. q. iiij. loq̃ndo ꝺ
beatitudine ꝑfecta q̃ i ꝺi visiõe ꝯsistit: sine
corpe aĩa põt esse beata: qm̃ intellect⁹ ad sui
opatiõez ñ idiget corpe nisi ꝑꝑ fantasmata i
qbus ĩtelligibilẽ v̄itatẽ ꝯtinet: diuina ãt es
sentia ꝑ fantasmata videri ñ põt. Vñ cũ i vi
siõe diuine essentie ꝑfecta hoĩs btitudo ꝯsi
stat: ñ ꝺpẽdet btitudo hoĩs a corpe: q̃re ⁊ ip
suz corp⁹ ad ꝑfectiõem btitudinis ñ reqrit̃.
Sciẽdũ tñ ꝙ ad ꝑfectiõez alicui⁹ rei duplr̃
aliqd ꝑtinet. Vno mõ ad ꝯstituẽdã essentiã

rei. sicut aia regrit ad pfectiõez hois. Vlio mõ regrit ad pfectiõem rei id qõ ptinet ad bñ eẽ ei⁹: sic̃ pulchritudo corpis ⁊ velocitas igenij ptinet ad pfectõez hois. Quãuis g̃ corp⁹ pmo mõ ad pfectiõez btitudinis hũane ũ ptineat: ptinet tñ scõdo mõ. Quare q̃sto aia pfectior erit i sua natura: pfecti⁹ habebit suã ppaz opatõez i q̃ ꝓsistit felicitas: hoc vo erit cũ suo corpi ipa btã reuniet: Propt illã aũt vniõez ũ erunt hoi necessaria exteriora ista bõa: qz corp⁹ ex ꝓiũctiõe sui ad aiaz erit gloriosiuz ac ipassibile. Mã vt scribit dñs Bõa uen. i suo. iij. di. xxviij. Lõtigit aligd eẽ beatũ triplr. s. p essentiã: ⁊ p pmã ifluctiã: ⁊ p q̃ dã redũdãtiã Beatũ p eẽntiã ẽ sol⁹ dõs. Beatũ p pmã ifluẽtiã ẽ sol⁹ rõalis spũs. Beatũ de nicz p quã dã redũdãtiã ẽ corp⁹ hũanũ in qõ gaudiũ glie redũdat ex ꝓiũctõe sui ad aiam beatã. Et lz corp⁹ hũanũ ñ sit ad imaginẽ dei p se: tñ vnitũ ẽ aie q̃ ẽ ad dei imaginem: ⁊ rõe illi⁹ ẽ btitudis ꝓparticipabile. Si vo aligs istaret ꝫ dicta d exteriozib⁹ bõis qz vi ꝫiũ. Mã cib⁹ pot⁹ diuitie ⁊ regnũ exteriora bona sũt ⁊ hec pmittũt beatis. Ẽlũ luce. xxij. xps dixit: Edatis ⁊ bibatis sup mẽsaz meã i regno meo. Et Mat. vj. Thesaurizate vob thesauros i celo. Et Mat. xxv. Possidete paratũ vob regnũ: g̃ ⁊ ista ad beatitudinẽ exigunt. Rñdet Tho. q oia ista methaphorize sũt intelligẽda: ꝫ q in scripturis solẽt spũalia p corpalia designari. Dic̃ p cibũ ⁊ potuz intelligit delectatio beatitudinis: p diuitias sufficiẽtia q̃ sufficit hoi ꝺs: p regnũ eralta tio hois vsq ad ꝓiunctiõez cũ deo. Scõm dubiũ fuit vtz btitudo sit act⁹ itellect⁹ ⁊ volũtatis sil. Et lz qdã tenẽãt q essentia beatitudinis vite hũane in soli⁹ intellect⁹ actu cõsistat ita q nullo mõ in actu voluntatis. Tñ Ricar. i. iiij. vbi. s. dic̃. q beatitudo ꝓsistit i actu volũtatis ⁊ intellect⁹ sil. Cui⁹ rõe ẽ: qz essentia beatitudinis vite hũane ꝓsistit in p fecta vniõe aie rõalis cũ deo. Hec ãt vnio includit vniõez aie cũ deo ꝫ oẽz sui potẽtiã p quã vnibilis ẽ cuz eo imediate. Potẽtia ãt aie rõalis ñ tñ ẽ intellect⁹ lz volũtas: ⁊ p quãlibz illaz vnibilis ẽ cũ do imediate. Sicut. n. ꝺs sub rõne q̃ summũ verz: ẽ imediatũ obiectu intellect⁹ btõz ita sub rõe q̃ summũ bonũ ẽ immediatũ obiectũ voluntatis eoz. Quãuis. n. ipo immediate ñ fruerent nisi ipz immediate viderẽt: tñ immediatũ obiectũ volũtatis eoz ñ ẽ ipa visio summi bõi: ꝫ ipz summũ bonũ. Mõ. n. volũt summũ bonũ pp illã visiõez sic̃ pp finẽ: ꝫ volũt ipaz visiõez pp ipz summũ bonũ sic̃ pp vltimũ finẽ. Ipmqz g̃ summũ bonũ pmo ⁊ immediate ẽ ab illis volitũ: g̃ ẽ volũtatis eoz imediatũ obiectũ. Ergo pfecta vnio aie cuz deo in q̃ btitudo ꝓsistit ẽ p intellectũ ⁊ volũtatẽ. Itaqz in actu vtriusqz sil ꝓsistit. Et si obijceret q auctoritates ꝺ̃ũ nolẽtib⁹ eas intelligere ꝺ̃ũ sonare videt: puta qz in visiõe dñi beatitudinẽ ꝓsistere. Rñdet Ricardus. q semper includũt ꝓcomitãtẽ dilectiõez. Mã ꝓsummata ꝺi dilectio insepabilit ꝓcomitat clarã ei⁹ visiõez. Propterea Aug. li. i. ꝺ tri. c. penultimo dic̃. Qꝺ visio ẽ summũ ꝑmiũ ⁊ ipaz ẽ actus intellect⁹. Et in. i. li. ꝺ doctrina xpiana idẽ dic̃. Hec ẽ summa merces vt p fruamur ꝺo: summa merces est beatitudo ⁊ fruitio ẽ act⁹ volũtatis q̃ visiõez ꝓcomitatur. ¶ Tertiũ dubiũ erat vtruz beatitudo ꝑncipali⁹ ꝓsistat in actu volũtatis q̃z intellect⁹. Et rñdet Ricard⁹ q sic. pmo qz sic̃ inter habitus vie charitas ẽ domũ ꝑncipali⁹ ꝫ Aug. xv. ꝺ tri. c. xviij. Ita inter habit⁹ pẽs charitas pẽ est donũ ꝑncipali⁹. Sz in patria nobilio: habit⁹ bz nobiliorẽ actũ. Ergo deũ pfecte diligere q est act⁹ charitatis patrie est act⁹ nobilissim⁹ aie. cũ g̃ in nobilissimo actu ꝑncipalissime ꝓsistat beatitudo: ⁊ diligere sit actus voluntatis: ꝑncipali⁹ ꝓsistit in actu voluntatis q̃z intellect⁹. Scõdo p bat q beatitudo ꝑncipali⁹ ꝓsistit in actu voluntatis q̃z intellect⁹ ex eo q volũtas est nobilior potẽtia q̃z sit intellect⁹. Mã Bernardus in li. de libero arbitrio dic̃ rõnẽ eẽ quodãmõ pedissequã volũtatis. Et Anselm⁹ in li. ꝺ ꝺceptu virginali: dñiũ toti⁹ regni anime attribuit voluntati. Et Aristo. in. vij. politice. c. v. potẽtia quia eligimus principalio: est. Adhuc id probatur qua voluntas in suo actu cogi non potest nec circa ea que sunt ad finem necessitari. Intellectus aũt cogi potest ⁊ circa ea que sunt ad finem necessitari. Insup magis potest transformã

re aiam voluntas ꝺ intellectꝰ ꝙ suũ obiectuz respicit sub rõne nobilioꝛi. Bonũ.n.ẽ obiectuz voluntatis. Ens obiectũ itellectꝰ. Ratio ãt boni ẽ pfectioꝛ ꝺ fit rõ entis. Tertio ꝓbat qꝛ deus ẽ vltimus finis maxime sub rõne q̃ bonuz: qõ ꝓz qꝛ ex hoc ꝙ creature oꝛdinant in ipsum, vt in finem maxime est in eis ratio bonitatis: sicut per hoc ꝙ ipsuz respiciũt vt exemplar: maxime est in eis ratio veritatis. Sz deus sub ratiõe qua summũ bonũ est voluntatis obiectũ sub rõne q̃ summũ ens vel vez est itelectus obiectũ: ꝯ voluntas magis respicit deũ sub rõne finis ꝺ intellectus. Sz deus sub rõne q̃ vltimus finis est beatificans: ꝯ sub rõne q̃ est beatitudinis obiectũ: ꝑncipalius tẽdit voluntas i ipm ꝺ itellectꝰ. Et sic ꝓsistit beatitudo ꝑncipalibus in actu voluntatis ꝺ itellectus.

¶ Quod beatitudo nõ potest esse in bonis presentis vite. Capitulum. iij.

Qrtiuz mysterium contemplandũ dicitur beatitudinis obiectum: in quo tria sunt dubia absoluenda.

¶ Primuz vtz beatitudo sit qd creatum.

¶ Scõz vtrum beatitudo possit amitti.

¶ Tertiũ vtz bẽtudo possit i hac vita hãi

¶ Ad ꝑmuz dubiuz rñdet Ricardus vbi supꝛa. Et tho. i. ij. q. iij. Nõ beatitudo vite hũane dupliciter põt accipi. Uno mõ ꝑ illo bono in quo pfecte ⁊ plenarie regescit hũana vita. Allio mõ ꝑ pfecta gete hũane vite i illo bono: q̃ ꝓsistit i pfecta hois ꝓiũctiõe cũ illo bono. Primo mõ beatitudo accipiꝫ ꝑ beatitudinis obiecto: ⁊ sic beatitudo ẽ qd i creatũ. s. ipse deus. Beatitudo ãt scõo mõ accepta ẽ aliqd existẽs in beato tanꝺ eius vltimata ⁊ plenaria pfectio: ⁊ sic ẽ aliquid creatũ. Cũ.n. beatitudo ꝓsistat i visiõe dei: videre deũ ẽ actꝰ creature vidẽtis. ¶ Secũdũ dubiũ fuit vtz bẽtudo possit amitti. Et ad hoc dicim⁹ ex sñia sci Tho. i. ij. q. v. Nõ bẽtudo põt tripliciter cõsiderari.

¶ Primo in sua imperfectione.

¶ Secundo in sua generali ratione.

¶ Tertio in sua speciali restrictione.

¶ Primo põt beatitudo ꝓsiderari in sua imꝑfectiõe: put. s. beatitudo est illa ꝑfecta ꝙlitas: q̃ in hac vita haberi põt siue sit felicitas ꝓtẽplatiua siue sit actiua: hec qdẽ amittiꝫ põt lz nõ de facili. sicut pz in felicitate ꝓtẽplatiua q̃ amittiꝫ vel ꝑ oblioniõnẽ: puta cuz corꝛumpiꝫ sciẽtia ex aliq̃ egritudine vl ẽt ꝑ aliq̃s occupatiões. qbus totaliter abstrahitur aligs a ꝓtẽplatiõe. Patet ẽt idẽ i felicitate actiua: volũtas. n. hois trãsmutari potest vt in vitiũ degeneret a vtute. Jõ ꝑbus dicit ī ꝑmo ethicoꝛ aliquos esse i hac vita beatos ñ simpliciꝫ: sz sic hões quoꝛ natura mutatiõi subiecta ẽ. Scõo põt btitudo ꝓsiderari i sua generali rõne ⁊ sic btitudo nõ põt amitti. Cũ.n. sit pfectũ bonũ ⁊ sufficiẽs oꝛ ꝙ desideriũ hois getet: ⁊ oẽ malũ excludat. Naturaliꝫ ãt hõ desiderat retinere bonũ qõ lz ⁊ qꝛ eiꝰ retinẽdi securitatẽ obtineat Alliogn necesse ẽ ꝙ vltimoze amittẽdi vel doloze ꝺ certitudie amissiõis affligat. Regriꝫ ꝯ ad verã beatitudinẽ ꝙ hõ certã opinionẽ habeat bonũ qõ lz nunq̃ se amissuz q̃ qdem opinio si vera sit: ꝓsequens est ꝙ beatitudinẽ nũq̃ amittet. Si ãt falsa sit: hoc ipsum est qõdã maluz. s. fallaz opiniõem hie. Mã falsuz ẽ malũ itellectus. sic vez ẽ bonũ ipsi⁹. vt dr̃ in. vi. ethicoꝛ. Nõ ꝯ iã erit vere beatus si aliqõ malũ ei inest. Tertio põt beatitudo ꝓsiderari i sua speciali restrictione ꝙãtũ. s. ꝑfecta beatitudo ꝓsistit i visiõe divine essentie. Et sic beatitudo nullo mõ põt amitti neq̃ ex pteꝛ videntis neq̃ ex pte dei. neq̃ ẽt ex pte alicui⁹ alteri⁹ agẽtis. Nõ ex pte vidẽtis. qꝛ ipossibile ẽ ꝙ aligs vidẽs divinã essentiaz velit eã nõ videre: Rõ est qñ oẽ bonũ habitũ quo qs carere vult. aut est ifficiẽs ⁊ queriꝫ aliqd sufficiẽs loco eiꝰ aut lz aliqõ incõmodũ annexũ ꝑ qõ ifastidiũ venit. Visio ãt divine essentie replet aiaz oibus bonis: ⁊ nõ lz aliqõ icõmodum adiunctũ. Quare ꝑpa volũtate nõ põt beatus beatitudinẽ deserere. Siliter, beatꝰ nõ põt beatitudinez pdere deo subtrahẽte. qꝛ cum subtractio beatitudinis sit q̃dã pena si põt talis pena a deo iusto iudice, puenire ni si ꝑ aliq̃ culpa q̃ cadere ñ põt i eũ q ꝺi essentiam videt: cũ ad hãc visiõez de necessitate sequaꝫ rectitudo volũtatis. Nõ põt etiã beatitudo amitti ex pte alicui⁹ alterius agẽtis qꝛ mens deo ꝓiuncta sup oia alia eleuaꝫ

ꝛ sic ab huiusmōi ꝯiūctione nullū aliud agēs pōt ipsā excludere. Est ergo beatitudo ꝑfectio ꝯsūmata q̄ oēz d̄fectū excludit a beato Et iō absq̄ mutabilitate adducat eā hēnti: faciēte hoc v̄tute diuina q̄ hoīez subleuat ī ꝑticipatōez eternitatis trāscēdētis oēz mutatōez. Iccirco male dixit Origenes seq̄ns quoꝛūdā platonicoꝝ erroꝛē ꝙ post vltimaz btitudinē hō pōt fieri miser. Tertiū dubiuz fuit vtꝝ btitudo possit hēri ī hac vita. Et ad hoc rn̄dem⁹ ꝙ nō loq̄ndo de lege cōi: ꝛ hoc ꝓpterea q̄ dn̄s nr̄ iesus xp̄s fuit viator ꝛ cō ꝑhēsoꝛ. Quare v̄o ī hac vita qs btūs eē non pōt assignari pn̄t tres rōnes ꝑecipue.

Prima dicitur insaciabilitatis.

Secunda penalitatis.

Tertia mortalitatis.

¶ Pr̄ia rō d̄r īsaciabilitatis. Ut. n. īqt dn̄s Baōuētura di. v. iiij. libri. Btitudo ē finis satiās appetitū. Sz bona pn̄tis vite nō satiāt appetitū: nō diuitie: nō delitie: nō honores: nō fama: nō gl̄ia: n̄ q̄cūq̄z desiderabilia ꝛ delectabilia excogitari pn̄t: vt docz experiētia. Ergo necī huiusmōi bonis btūs qs reputari dz. Tho. v̄o. j. ꝑte. q. ij. dicit ipossibile ē btitudinē hoīs eē ī aliquo bono creato. q̄ btitudo ē bonū ꝑfectū qd̄ total̄r qetat appetitū: aliqn n̄ eēt vltim⁹ finis si adhuc restaret aliqd appetēdū. Obiectū aūt volūtatis ē vl̄e bonū sicut obiectū ītellect⁹ ē vl̄e veꝝ. Ex quo pz ꝙ nihil pōt qetare volūtatē hoīs: nisi bonū vniuersale: qd̄ nō īuenit̄ ī aliquo creato: sz solū ī deo. q̄ oīs creatura hz bonitatē ꝑticipatā. Un̄ solus deus volūtatē hoīs īplere pōt. Jō dauid in psal. dixit: Satiabor cū apparuerit gloria tua. Et Augu. li. i. ꝯfessionū. Fecisti nos dn̄e ad te ꝛ īqetū ē coꝛ nr̄m donec qescat ī te. Et in. iiij. li. Redite inqt p̄uaricatores ad coꝛ ꝛ inherete ei q fecit vos: state ī eo ꝛ stabitis: qescite in eo ꝛ qeti eritis. Quo itis in aspa: quo itis bonū qd̄ q̄ritis ab illo ē. Q̄ igit̄ aīa eo imago dei ē quo eius capax ē ꝛ particeps eē pōt vt scribit Aug. xiiij. de trini. Iccirco nulla creatura aīe capacitatē īplere valet. Scd̄a rō cur ī hac vita nō possit qs eē beat⁹ d̄r penalitatis. vt. n. ait Tho. p̄ma ꝑe. q. v. Beatitudo excludit oē malū. Uita aūt pn̄s multis malis ꝛ penalitatibus subiacet q̄ vitari nō pn̄t. Et ignorātie ex parte intellectus ꝛ īordinate affectōis ex ꝑte appetitus: ꝛ multiplicib⁹ laborib⁹ calāitatibus ꝛ erūnis ex ꝑte corꝑis. q̄uo igitur in tot fluctuatōibus beatū se creder̄ qspiā hz. Inqt Job ca xiij. Hō natus de muliere breui viuēs tp̄e replet̄ multis miserijs. Et hieronym⁹ ad heliodoruz. Ubiq̄z luctus: vbiq̄z gemitus ꝛ pluria mortis imago. Et Boetius li. ij. de ꝯsolatōe. Quā multis amaritudinibus humane felicitatis dulcedo respsa ē: q̄ ꝛ si fruēti iocūda eē videat̄ tn̄ quo minus cū velit abire retineri nō pōt. Et seneca in tragedijs. Nulla sors lōga ē: dolor atq̄z voluptas inuicez cedūt. Nemo vtiq̄z repit̄ q diutius in quocūq̄z sit statu delectari possit ꝛ absq̄z turbatōe vel animi vel corꝑis ꝑtrāsire. Nemo inqt Seneca vbi. s. ꝯfidat nimiū scd̄is. Nemo desperet meliora lapsis. Et ad lucillū. Noli huic trāqlitati ꝯfider̄. momēto mar̄ euertit̄ ꝛ eodē dic vbi luserūt nauigia sorbent̄. Quisnā felicior iudicari potuisset Policrato tyrāno. Samiorum. de ipso qppe refert Tullius in li. de finibus bonoꝝ ꝛ maloruz. Et idē ꝯfirmat. Ualerius de mutatōe morū ꝛ fortune ꝙ adeo sibi fortunā obseqosam habuit ꝙ oīa desiderata ꝑficiebat. Ad moderādā igit̄ fortune iuidiā. sumpto e manu annulo quē p̄ciosū possidebat in mare iecit Sz inopinate illuz repente recupauit. Naz post dies paucos a piscatoribus piscis captus q annulū sorbuerat tyrāno donatus est Accidit tādez ꝙ aduersus Dariuz ꝑsaꝝ regez duxit exercitum. ꝛ ꝙ Ortuthes p̄fectus Darij illū acie fuderit cepitq̄z ꝛ ī sūmo megalēsis mōtis v̄tice suspendi iusserit. Et relictus auibus lacerandus. q vbiq̄z felicissime in terra vixerat in aere miserrime expirauit. Mutāt̄ oīa q̄ sunt in hoc mundo. ꝛ nihil ē stabile. nihil firmū. nihil deniq̄z tutuz. Jō sapiēs ecclesiastes. ij. ca. dicebat. Uidi ī oībus vanitatez ꝛ afflictōez spūs ꝛ animi ꝛ nihil ꝑmanere sub sole. ¶ Tertia rō q̄re in pn̄ti vita nullus pōt eē beatus d̄r mortalitatis. Oēs qppe ad mortez tendimus cui⁹ manus potentissimas nullo ingenio. nulla vi. nulla arte. nullo p̄cio euitare valemus.

Instat ceruicibus nostris. Si qs igitur dixerit aliquē btm̄ eo ꝙ diuitijs afluat statim rn̄debo. Nō sic. nō sic. qꝛ diuites moriunt̄. Si qs affirmauerit aliū eē beatū eo ꝙ oib⁹ delitijs hui⁹ seculi ꝑfruat̄. Ad hoc rn̄debo neq̄quā: sic est. qꝛ post breuē hāc vitam oēs hoīes moriēt̄. Si qs beatū reputauerit eū q orbi vniuerso dn̄aret̄. Clamabo ⁊ ego ꝙ nec regna siue ipia btm̄ hoīez reddūt. qm̄ ⁊ ꝑncipes ⁊ reges ⁊ purpurati ⁊ ipatores oēs qꝫ dn̄i moriēt̄. Et iō cū lactātio ꝯcludimus dicēte. iij. li. Sūmū bonū qd̄ btōs fac̄ non pōt esse nisi in ea religiōe atqꝫ doctrina cui spes imortalitatis adiūcta ē. Igit̄ dem⁹ operā ne decipiamur tpaliū bonoꝝ suauitate. atꝫ mūdū audact̄ sb̄ pedib⁹ hēam⁹ eoqꝫ tm̄ vtāur vt sic tādē ꝑuēiam⁹ ad fruitōꝫ illā beatā. ad quā nos ꝑducat ib̄s fili⁹ d̄i q cū pr̄e ⁊ spū scō viuit ⁊ regnat i secula seculoꝝ. Amē

¶ Sermo. xxij. d̄ gaudijs beatoꝝ qui letabuntur ex visione dei ⁊ dotatione corporuꝫ atqꝫ habitatōe in celo empirreo.

Exultabūt sci i gl̄ia. Illūinati ꝓ ꝓhe v̄ba st̄ ista origīalit̄ ps cxlix. Licꝫ arta sit via q̄ duc̄ ad vitā q̄ꝫtū ē ex pte v̄tuosoꝝ actuū. Nihilomin⁹ facillima atqꝫ suauis ex ꝯsideratōe futuri ꝑ mij. Inqt. n. Origenes sup epistolas Pauli. Spes futuroꝝ laborib⁹ reqez parit. Hic Hieronym⁹ Eustochiū v̄ginē i epistola ad eādē ꝯmonet. vt alliciētes blāditias seculi ad q̄ mēs humana cōit̄ iclinat̄ paradisi recordatōe ꝯculcet. Ait ḡ. Quotiēs te vana seculi delectat ambitio. Quotiēs ibi videris aliqd gloriosū. ad ꝑadisū mēte trāsgredere. ⁊ eē icipe quo futura es. Egredere q̄so paulisp d̄ carcer̄ corpis tui ⁊ pn̄tis laboris mercedē añ oculos depinge. quā oculꝰ nō vidit ⁊ auris ñ audiuit. nec i cor hoīs ascēdit. hec ille. Iccirco vt i via dn̄i expediti⁹ fortiusqꝫ bene viuēdo ambulem⁹ decreui i pn̄ti sermone de gaudio btōꝝ v̄ba facere. Qd̄ vtiqꝫ q̄ꝫ sit imēsū oñdem⁹ marie ꝑꝑ tria.

Primo propter dei visionem.
Scd̄o ꝓpter corporis dotationem.
Tertio propter loci habitationem.

¶ Qualit̄ pōt videre eēntiā diuinā hō vel āgelus. ⁊ qn̄o nō oēs vidēt illā eq̄lr ⁊ q̄ꝫta sit i illa visiōe iocūditas ⁊ delectatio. Capi. j.

Primo oñdam⁹ q̄ꝫ sit copiosū gaudiuꝫ btōꝝ ꝑꝑ dei visionē. de qua tria sunt ꝯsideranda.

Primum d̄ possibilitas.
Secundum inequalitas.
Tertium iocunditas.

¶ Primū ꝯsiderādū d̄ possibilitas. Ubi i uestigādū ē. vtꝝ possit qs hō vel angelus videre deū i sui eēntia siue facie ad faciez. Et ꝑ pte vera ⁊ affirmatiua dicim⁹ ꝙ sic. Nā vt dn̄t doctores i. iiij. di. xlix. Et ē de h̄ glo. sup illud ps. Oñdā illi salutare meuꝫ. Tota merces ē visio ⁊ ad hoc fac̄ auctoritas Apl̄i qui. i. ad Coꝝ. xiij. ca. ait. Videm⁹ nūc ꝑ speculū i enigmate tūc āt facie ad faciē. Et iterū ibi. Nūc cognosco ex pte. tūc cognoscā sicut ⁊ cognit⁹ suꝫ. Et xp̄s Mat. v. ait. Beati mūdo corde qm̄ ipsi deum videbunt. Et Mat. xviij. ca. Angeli eoꝝ semꝑ vidēt faciē p̄ris mei q ē i celis. Sꝫ nōnulli arguunt ꝯtēdētes ꝓbare ꝙ nulla creatura pōt videre diuinā eēntiā. Et hoc tripicit̄. Prīo auctoritate. Scd̄o rōe. Tertō exēplo. Prīo ꝓbāt auc̄te. Nā scribit̄ Joā. i. ca. Deū nemo vidit vnq̄ꝫ. q̄ v̄ba sic ꝓseqt̄ Aug. ad paulinū d̄ vidēdo d̄ꝫ. qm̄ sic nā icorruptibil̄ ita ⁊ nā iuisibilis. Et Crisos. sup Joā. exponens dictuꝫ p̄allegatū iqt. Idip̄ꝫ qd̄ de⁹ ē nō solum ꝓphe sed nec angeli viderūt nec archangeli. Qd̄. n. creabilis nature est qualiter videre poterit qd̄ increabile est. Et apostolus. j. ad Thimotheū vltimo ca. dicit de deo. solus hꝫ imortalitatem ⁊ lucem habitat in accessibilē quā nullus vnq̄ꝫ videre potuit. sꝫ neqꝫ potest. Et Diōysius li. de mystica theologia ait. Deus iuisibilis ē ⁊ incognoscibilis oēm sensum supans ⁊ oēm intellectum. Scd̄o arguūt rōe nā cog̊scētis. Sꝫ ad cognitū oꝫ eē ꝓportōez cū cognitū sit ꝑfectio cog̊scētis nulla est ꝓportio creature ad creatorē qꝛ in infinituꝫ distant. ergo nulla creatura potest videre diuinā essentiam. Tertio istd̄ videt̄ posse ꝓbari exemplo. Nam Exodi. xxxiij. ca. habet̄. Qualiter dū loq̄retur deus moysi cui appebat i signo vel subiecta creatura Moyses dixit. Ostēde mihi gloriam tuā. idest s̄m Nicolaū de lyra. Ostende mi

hi teipsuz sicut videris in gloria. Et domi-
nus rñdit ei. nõ poteris videre faciẽ meaz.
Nõ videbit me hõ ⁊ viuet. Et ifra. Poste
riora mea videbis. faciẽ ãt meã videre nõ
poteris. Pro solutõe p̃dictoꝝ ⁊ intelligen-
tia v̇itatis notare debem⁹ tres catholicas
ꝓpositões seq̃ntes. Alexãdꝝ de ales i. i. vo
lumine sũme. Et Bonauẽtura in suo. i. di.
iij. Et Tho. i. parte. q. xij. Pria v̇itas. Qd̃
essentia dei videri nõ põt oculis corpalib⁹.
qꝛ deus icorpore⁹ ẽ vñ nec sensu nec imagi
natõe videri põt sz solo intellectu. Et si dice
ret̃ ꝙ deus põt videri ab hoĩe visione ima
ginaria. qꝛ dr̃ Isaie. vj. ca. Vidi dñm sedẽ-
tẽ sup soliũ excelsuz ⁊ eleuatũ. vt visio ima-
ginaria a sensu originẽ hz. qꝛ fantasia ẽ mo-
tus fact⁹ a sensus ꝑm actũ. vt dr̃. ij. de Aĩa.
ḡ deus sensibilit̃ videri põt. Rñdet Tho. ꝙ
in visione imaginaria nõ videt̃ ipsa dei eẽn
tia. sed aliqua forma ĩ imaginatiõe forma-
ta representans deum ꝑm aliquem moduz
similitudinis. prout in scriptura diuina per
res sensibiles methaphorice describuntur
Secũda propositio. ꝙ nullus homo vel an
gelus potest videre diuinam essentiam vi
sione intelectuali propria vi nature. Ratio
est ꝑm Tho. in. iij. summe ꝯtra gentiles. qꝛ
quod est superioris nature proprium. non
potest consequi natura inferior. nisi per ac-
tionem superioris nature cuius est propriũ
Sicut aqua non potest esse calida nisi per
actionem ignis. Videre autem deum per
ipsam essentiam diuinam est proprium na
ture diuine. Operari. n. ꝑm propriam for-
mam ẽ proprium cuiuslibet operantis. nul
la ergo intellectualis substantia potest vi-
dere deum vel diuinam essentiaz nisi deo
h̃ faciente. Et hoc est qd̃ dr̃ ad Romanos.
vj. ca. Gratia dei vita eterna. qꝛ videre di
uinam essentiam ꝯuenit intellectui creato
ꝑ gratiam non ꝑ naturam. Tertia ꝓpositio
Qd̃ videntes ꝑ essentiam deum lz appre-
hendant essentiam diuinã. nõ tñ illam com
p̃hendũt. vident nãq; essentiam diuinam
ĩfinitã. sz mõ finito. nã illud ꝯp̃hẽdi dr̃ qd̃ ꝑ
fecte cognoscitur. ꝑfecte ãt cognoscit̃ qd̃ tm̃
cognoscit̃ q̃ntũ cognoscibile ẽ. Vñ si illd̃ qd̃
ẽ cognoscibile ꝑ sciaz demonstratiuã opini
one teneatur. ex aliqua ratione probabili ꝯ
cepta. non ꝯprehendit̃. puta si hoc qd̃ ẽ triã
gulũ habere tres angelos equales duobus
rectis aliquis ꝑ demonstrationem cogno-
scat comprehẽdit illud. Si vero aliqs opi-
nionem eius accipiat ꝑ hoc ꝙ a sapientib⁹
⁊ philosophis ita dicitur. nõ comprehendit
ipsum. qꝛ non ꝑtinget ad illũ ꝑfectũ moduz
cognitionis quo cognoscibile est. Nullus ãt
intellectus creatus ꝑtingere põt ad illũ ꝑfe
ctum modũ cognitõis diuine essentie quo
cognoscibilis est. Quia cuz essentia diuina
sit infinita infinite cognoscibilis est. ⁊ intel-
lectus creatus nõ põt illã infinite cognosce
re. In tm̃. n. aliqs intellectus creatus diui-
nam eẽntiam ꝑfectius vel minus ꝑfecte co
gnoscit inquãtũ maiori vel minori lumine
glorie ꝓfundit̃. Cũ ergo lumẽ glorie in quo
cũq; intellectu creato receptum non possit
esse infinitum. Impossibile est ꝙ aliquis in
tellectus creat⁹ deũ ĩfinite cognoscat. Pro
bant̃ ista ꝑ Augu. q̃ ĩ li. d̃ cognitiõe vere vi
te ait. De⁹ est spũs incõprehensibilis. Et ĩ
xij. li. de ci. dei ca. xviij. ĩqt. Quicqd scia cõ
prehẽdit̃ scientis apprehẽsiõe finit̃. Et idẽ
ad paulinũ de videdo deũ. Aliud ẽ videre
Aliud totũ videndo cõprehendere. videt̃
ꝙ necessariũ pñs sentit̃. Cõp̃hendit̃ qd̃ ita
vr̃ vt eius nihil lateat cui⁹ fines ꝯspici pñt.
Vñ cũ deus sit infinitus nulli creature ẽ cõ
prehensibilis. Quis igit̃ nõ admiret̃ parit̃
⁊ collaudet infinitã celsitudinem sũmi dei.
quẽ lz tot milia miliũ angeloꝝ ⁊ hoĩuz clare
videãt ⁊ itelligãt sũme bonũ. sũme felicẽ. sũ
me gl̃iosũ. sũme sapiẽtẽ. sũme pulchꝝ. sũme
delectabilẽ. sũme desiderabilẽ. sũme potẽ-
tẽ. sũme iustũ. sũme clemẽtẽ. sũme dñantẽ.
sũme regnãtẽ. ⁊ sĩlia. tñ ĩ his excedit adhuc
icõpabilit̃ cognitõz illoꝝ. Soluẽda ergo iã
sunt obiecta. Et ad auctoritates atq; exem
plum dicimus. Quod deus in sui essentia
videri non potest visione corporali. neq;
propria vi nature visione intellectuali.
Sed tali visione videri põt cum adiuto-
rio ipsius dei illuminantis ⁊ eleuãtis intel
lectum creatum ad suam beatã visionem.
Nec sic etiã videri põt a creatura visione
cõprehensionis vt iã est p̃dictũ. Ad rõnez q̃

in ꝫriuz addueta fuit. Rñdet Tho. q̄ ꝓportiõ dr duplicif. vno mõ certa habitudo vnius ẽztitatis ad altaz. Alio mõ q̄lz habitudo vnius ad altuz hoc mõ scõdo põt esse ꝓportio creature in deuz inẽztuz se hz ad ipz vt effectus ad cãz aut potẽtia ad actuz. Et hz hoc intellectus ꝓportõatus eẽ põt ad cosceñ deuz. Et vt clarius loq̄r. Alia est ꝓportio fz ẽztitatez vtputa est ꝓportio aq̄ in duobus vasis ciusdez ꝓtinentie. z sic ñ est ꝓportio inf deuz z creaturã. Est alia ꝓportio fz q̄dã attingentiã siue ordinis ꝓuenientiã. z sic est ꝓportio inf guttulã aq̄ z aq̄ oceani ẽt si essz infinita. hoc mõ est ꝓportio inf intellectuz creatuz ãgeli vel hois z ipz deuz. Ex quo Aug. dic̃ li. xiiij. de trini. Eo aia imago dei est quo eius capax est pticeps esse põt.

¶ Scõm ꝓsiderañ de btã visione dei dr in eq̄litas. licz. n. tot milia milinz ãgeloꝝ z hominuz videãt eẽntiã dei. tñ nõ oẽs eq̄lit vident. Añ saluatoꝛ nr̃ Joã. xiiij. ca. dixit. In domo p̃ris mei mãsiões multe sũt. vbi glo. j diuersa p̃mia meritoꝝ. Nec ãt ineq̄litas fz Tho. vbi. s. erit p hoc q̄ intellectus vnius hẽbit maiorẽ vtutez seu facultatez ad vidẽ duz deuz q̄z alius. Facultas vo videndi deum vt dcm̃ est nõ ꝓpetit intellectui creato fz suã näz. fz p lumen glorie qõ intelectuz in q̄dã dei: formitate ꝓstituit. Añ intellect⁹ plꝰ pticipãs de lumine glorie pfectiꝰ deuz videbit. ¶Plus ãt pticipabit de lumine glorie q plꝰ hz õ charitate. Qz vbi est maioꝛ charitas ibi est maiꝰ desideriũ z desideriuz quodãmõ facẽ õsiderãtez aptũ z paratũ ad susceptõez desiderati. Añ q plus hz de charitate pfectiꝰ euz videt z cuz maiori beatitudine Si vo aliqs obstaret ex vbo Joã. g. i. canõica. ca. iij. ait. Videbimꝰ eum sicuti est. fz ipse vno mõ est. g̃ vno mõ videbit ab omnib⁹. z sit ñ pfectiꝰ ab vno q̄z ab alio. Rñdeꝛ possumꝰ fz Tho. q̄ cũ dicimꝰ videbimus eũ sicuti ẽ. aduerbiuz determinat moduz visiõis ex pte rei vise vt sit sensus. Videbimꝰ euz ita esse sicuti est. qz ipz esse, ei⁹ videbimus qõ est eius eẽntia. Nõ ãt determinat moduz visiõis ex pte videntis vt sit sensus q̄ ita erit pfectus modus videndi sic est in deo pfectus modus essendi. Quare diuersitas illa videndi non erit ex pte obiecti qz idez obiectũ oibus p̃sentabit. s. dei eẽntia. Sz erit p diuersaz facultatẽ intellectꝰ nõ näleꝛ fz gloriosaz.

stantiaz vel essentiam est supra merita omniuz hoiuz ⁊ angelox ⁊ ipsius virginis bñdicte. Sz qz ex benignitate sua diffiniuit deꝰ vt carnē sumeret p salute humani gñis ⁊ de muliere vna nasceret deꝰ ⁊ hō. Beata virgo a pncipio siue scificatōis ⁊ toto tpe intermedio vsqz ad icarnatōez merebaꝛ esse mr̄ dei merito ꝓgrui qz pp excellentiā scitatis siue ⁊ pfectōez virtutuz ad hoc erat magis idonea siue disposita q̄z relique mulieres q̄ potuerint eē i omni mundo. Alt vbi verba illa scissima ꝓtulit. Ecce ancilla dñi ⁊ sunz ꝓsensiz verbo firmauit illico meruit merito digni ꝓcipe xp̄m ⁊ effici mr̄ dei. Tē sigdē inuenta est excessisse merita oīz electoruz ⁊ maxime pp p̄eminentiā q̄tuoz virtutuz q̄ icludunt i verbis eius. ℙdia fuit obediētia dñi dixit: ecce. Et hibuit nāqz se adeo ꝓmptissimā ad obediēduz deo q̄tuz fieri pōt a pura creatura. Intensissima fuit illiꝰ voluntas ad talē obedientiā q̄tuz itēdi potuit: neqz tm̄ itēsa fuit voluntas abrahe dñi voluit filium īmolare: aut quozūcunqz: q p dei obedientia dura ⁊ asprima q̄qz pati nō recusarūt. Scōa virtus fuit humilitas quā exp̄ssit deus subdidit. Ancilla dñi: tunc vtiqz tm̄ respectu dei descēdit i nihiluz ⁊ despectuz sui q nulla vnq̄z alia creatura ita vilue rit sibiipsi p deo sicut ipsa. Et lz magna fuit humilitas abrahe cuz dixit Geneſ. xviij ca. Loq̄r ad dñz meuz cuz sim puluis ⁊ cinis Et Job cum dixit. xvij. ca. ℙputredini dixi p̄ meus es mr̄ mea ⁊ sozor mea vermib⁹ Et Joānis baptiste: deus se vocē appellauit nihiomin⁹ humilitas virginis supauit humilitatē istoꝝ ⁊ quozūcunqz alioꝝ. ꝓpterea i suo cātico dixit. Qz respexit humilitatē ancille sue: ecce enī ex hoc btāz me dicent oēs gēnatōes. Tertia virt⁹ fuit ei⁹ fides quā explicauit deuz ꝓsecuta est: Fiat mihi. Tūc sigdē captiuauit oēm itellectuz i obsequz dei: credidit q̄z simplicit ⁊ purissime q̄cunqz sibi fuerāt p angeluz ītimata. ℙdic Elisabeth cōmēdādo illā dixit. Btā q̄ credisti qm̄ pficient ite q̄ dēa sūt tibi a dño. Quarta virtus fuit charitas q̄ exp̄ssa ē dō ꝓtulit: fm vbū tuz. Dē cor suum: oē eē: oē posse obtulit voluntarie deo. ¶ Tertiū dubiuz erat vtz virginis ꝓrogatiue possint ab hoie ꝓprehendi Ad qō rndemus q̄ sic pfectōes diuine omni itellectui sic icōprehēsibiles: sic pfectiones gr̄aꝛ q̄s virgo suscepit i ꝓceptōe filij dei solo diuino intellectui ⁊ xp̄i fuerūt cōprehensibiles: vñ credit q̄ ad illā abyssuz ipscruta bilē oīuz charismatuz spūs sci q̄ i btāz virginē descenderunt i hora ꝓceptōis filij dei: itellect⁹ human⁹ vel angelic⁹ nūq̄z potuerit attigere. ℙulto nāqz plura opat⁹ ē deꝰ i virgine ⁊ qdē grādia q̄s ea q̄ scripta sūt aut excogitata. Icirco ℙiero⁹ i simone ad paulā ⁊ Eustochiuz dñi de virginis p̄eminētia cēt dicturus ita locut⁹ ē. Timeo satis ⁊ valde ptimesco duz vīs cupio parere, pfectibus ne forte sīe ip̄rob⁹ ita ⁊ idign⁹ laudator inueniar pfecto cuz nec scitas nec facundia suppetāt vt btāz ⁊ gloriosā virginē digne laudare q̄z Nisi vt verꝝ fatear gcgd humanis dici pōt verbis mīus ē a laude dei qz diuinis ⁊ angelicis ē excellentius p̄dicata ⁊ laudata p̄conijs. Al ꝓphis gdez p̄nunciata. Al p̄triarchis figuris ⁊ enigmatib⁹ p̄signata. Ab eua gelistis exhibita ⁊ mōstrata. Ab angelo venerabilr atqz officiosissime salutata. ℙpterea q̄lis ⁊ q̄ta cēt ab eodē diuinit⁹ declaratur cū ait. Aue maria gr̄a plena ⁊c. Talib⁹ nāqz decebat virginē oppignerari muneribꝰ vt cēt gr̄a plena: q̄ dedit celis gliā: terris deuz pacē gētibus: finē vitijs: vite oditū: ⁊ moribus disciplinā. hec ille. ℙpterq̄ oia cozā Elisabeth deū ipa magnificauit. q̄ dignaꝰ de se nobis dicere illud ecclesiastici. xxiiij. ca. Ego mr̄ pulchre dilectōis timoris ⁊ magnitudis ⁊ scē spei. In me ois gr̄a vie ⁊ veritas. In me ois spes vite ⁊ virtutis. Trāsite ad me oēs q̄ ꝓcupiscitis me ⁊ a gñatōibus meis adiplemini. Spūs. n. meus sup mel dulcis ⁊ hēditas mea sup mel ⁊ fauū. Ad eā g̃ crebro ꝓfugiam⁹ vt sua ptectione liberemur ab omnibus malis imminentibus ⁊ benefaciendo mereamur filij eius gratiam ⁊ tandem gloziam sempiternam. Amen.

¶ Sermo vigesimusoctauus de tribus ỹ tutibus contemplandis virginis gloziose in festo purificationis eiusdem.

Impleti sunt dies purgatōis Marie ꝫ legē moysi. Scribunt hec vba Luce. ij. ca. ⁊ i euāgelio pūtis solēnitatis Splēdor vtutū gloriose virgis Marie miro mō effudit i celo ⁊ i tra. Vñ de ipsa ingt Ambros⁹ in li. ō virgitate. Talis fuit Maria vt ei⁹ vnius vita oīuz sit disciplia. Propterea q̄cūq; gesta sūt p eā dū illū puulū pūtauit i tēplo rōnabilit fcā fuisse idubitant tenēdū ē. Nō vt ⁊ nos devoti⁹ ꝓtēplari posse m⁹. Sēa mīs ecclesia purificatōis ei⁹ festuz cū bñdictōe cādelaz agēdū statuit. Deferūtur vo accēse cādele ille bñdicte: vt innuat q̄ vgo sacratissima tota sit splēdida ⁊ luminosa. Fuit āt pūtis solēnitatis istitutor Sergius papa: g a spū scō edoct⁹ voluit vt xp̄iani singulis annis ad honorē genitricis dei hac die totū mūdū cū accēsis ⁊ bñdictis cereis illustrarēt. Inducť vo ad id fuit qñ romani tpe gētilitatis ⁊ supsticiosi cultus ido lox̄ i klēd. februarij ad honorē februe mīs martis q de⁹ erat belloz vbē de gnto i gntū annū cū cereis ⁊ facib⁹ tota nocte lustrabāt vt fili⁹ ei⁹ illis victoriā de inimicis ꝓcederet cui⁹ mīez tā solēnit honorarēt. Simili fēbruario sacrificabāt februo. i. Plutōi ⁊ ceteris diis ifernalib⁹ p labus añcessoz suoz. iō ei solēnes hostias offerebāt ⁊ tota nocte laudib⁹ ist̄ētes cū cereis ⁊ accensis facibus vigilabāt. Et qñ difficile ē ꝓsueta relinq̄re xp̄iani de gētilitate ꝓuersi adhuc p dictas cerimonias obseruabāt q̄ de re pōtifex marim⁹ vt extingueret paganoz errorē idirit vt bñdicta luminaria ad honorez regie celoz ab oīb⁹ fidelibus portarēť. Ipa nāq; nō martis ꝫ iesu xp̄i filij ōi dulcissima mīa nobis colenda ē cui⁹ meritis ⁊ intercessione innumera: vt sic dicā: eā inuocātib⁹ bñficia donāť. Ad cui⁹ laudes explicādas hodierna die icūbere debem⁹ q̄ vagiētez filiū ad tēplū pduxit ibiq; oia pfec̄ q̄ Moyses in lege iubebat. In qb⁹ p ipsā laudabilissime gestis triplicem eius virtutem pre ceteris eligimus contemplandam.

Prima dicitur virginitatis.
Secunda humilitatis.
Tertia liberalitatis.

De ppetua ỽginitate sc̄ē Marie q̄ fuit a ꝓphis p̄nūciata ab ipsa voto ꝓfirmata ⁊ semp inuiolabiliter obseruata. Ca. j.

Prima virtus excellētissima illi⁹ felicissime mīs q̄ ꝓtemplari debem⁹ dī ỽgitatis. Hec designať i vbis Moysi. Vñ Leuitici. xij. ca. Ex ordiatōe Dei Moyses dixit. Mulier si suscepto semie pepit imunda erit. Ista ꝓditio si apposita dat itelligere q̄ qñq; mulier esset paritura masculū nō suscepto semie. Et quo doctores dīt q̄ signāter Moyses fuit ita locut⁹ ad excipiēdam mīez dei ab imūdicia. Et vt Bernard⁹ ait q̄ timuit i mīez dī blasfemiā irrogar. Sz vt virginitatē illā ardētius venerem⁹: in hac parte tria dubia sunt aperienda.

Primū vt⁹ ỽgitas marie fuit añ p̄nūciata
Scōz vt⁹ ỽgitas marie fuit voto ꝓfirmata
Tertiū vt⁹ virgitas marie fuit sp obseruata

Ad primuz dubiuz rādemus q̄ placuit altissimo deo p multa añ retroacta secula virginitatē Marie a suis ꝓphis ⁊ alijs q̄b⁹ rēuelā grādē notā efficit mirabiliter p̄conizari. Omitto sibillaz oracula: Taceo multoruz p̄iarchaz testimonia. Tm̄ referā q̄d i historijs Ispanie q̄d i Ezechiele: q̄d i Isaia fidelissime scribit. In originali libro histozie hispanice in. ca. xl. de nōnullis incidentibus tpe fernādi regis. ita habeť. Cū apud toletū q̄daz iudeus gra ampliādi vineā suā rupez cōminuisset in medio sari ꝓcauitas reperta ē: vbi liber erat folia lignea hīs descript⁹ tribus linguis: hebreis: grecis: ⁊ latinis: scriptura q̄si vni⁹ psalterij videbať. Hic liber de triplici mundo disserebat: ab Adā vsq; ad antixp̄m: Principiū vero tertij libri incipiebat a xp̄o sic exordiēs. In tertio mūdo fili⁹ dei nasceť in mūdo ex virgine Maria: patiet q̄z p salute hoīuz. Nō cuz iudeus ꝓspiceret statiz cū familia sua sacro fonte renatus est. In fine vero libri erat q̄ tpe fernādi regis inueniri debebat. Ad p phetā Ezechielez iā veniamus cui virginitas Marie reuelata est. vñ ait ca. xliij. Cōuerti me ad viā portę sanctuarij exteriorꝭ q̄ respiciebat ad orientez ⁊ erat clausa. Et dixit dominus ad me: porta hec clau-

sta erit ⁊ non aperietur: ⁊ vir non transiet p
eā: qñ dñs deus israel ingressurus ē p eam
Ubi Aug. in ſmone Alit. Mirabilis pphe
te visio ſz mirabilior est ppbie adipletio.
Quid ē porta i domo dñi clausa nisi q Ma
ria semp erit intacta? Et qd ē: hō nō trāsibit
p eā nisi q Joseph nō cognouit eā? Et qd ē
solus dñs ītrat ⁊ egredief p eaz nisi q: spūs
scūs ipregnauit eā? Et qd est clausa erit iet-
nū: nisi q: Maria fuit virgo añ ptuz ⁊ vgo
post ptū? Dicat ḡ Maria. Porta fcā sū celi
ianua fcā suz filio dei: illi fcā sū ianua clausa
q post suā resurrectōez ingressus ē p ostia cla
usa: p q egressus ē ad suos crucifixores. Ald
discipulos āt suos clauso ostio cenaculi in-
gressus ē claustra: q natus de ventre meo:
me mfez dimisit intactā. Aldimpleuit ven
trez meū diuinitate: ⁊ vtez meū nō euacua
uit castitate: h ille. Isaias vo satis apte ca.
vij. vginitatez Marie pnūciauit. Ecce igt
virgo ꝯcipiet ⁊ pariet filiū ⁊ vocabit nomī
ei⁹ emanuel. Sz iudei ꝯ nos arguūt. Pri-
mo q: i hebreo nō dr vgo ſz halma: ⁊ signi-
ficat puellā abscōditā siue sit virgo siue cor
rupta. Scdo q: dr q nomī ei⁹ vocabit ema
nuel. Filiꝰ āt virgis vocat⁹ est Jesus xps. ⁊
iō aiūt iudei q hec ppbia nō itelligit de xpo
⁊ vgie mfe: ſz de Ezechia filio regis Achaz
q post dcīm ppbe nat⁹ ē. Sz h ipugnat Ra
bi Salomon p b q Ezechias erat. xxv. an
noz qñ cepit regnare post Achaz p̄em suū
īmediate. vt hr. iiij. Re. xviij. ca. Achaz re
gnauit tm̄. xvj. annis. vt hr. iiij. Re. xvj. c.
ḡ in pncipio regni Achaz añ ꝯz diceret pro
phetia Ezecgias erat nat⁹ ⁊ erat nouē ānoꝝ
rū. Et pp h dicit Rabi Salomon q hec p
phetia est itelligenda de filio Jsaie q acce-
perat vroꝛez iunenculā ⁊ iaz ꝯceperat ō eo
Et q: de puero exīte in mfis vtero nescif
si sit masculus vel femina: iō Jsaias dabat
Achaz signū liberatōis a duobus regib⁹ il
lū inuadere volentib⁹. sic pz. iiij. Regū. xvj.
ca. q vroꝛ sua granida pareret filiū mascu-
lum. Sz vt refert Nico⁹ de lyra. ista exp̄
stare nō pōt q: ca. seqnti dr de puero illo. ⁊
erit extēsio alaꝛ eius iplens latitudinē ter-
re tue o emanuel. Et logf de terra regni iu
dee cui⁹ nūcz fuit dñs Jsaias. Et ꝓptereā
ad līaz intelligitur de xp̄o q dñatur indee
oīb⁹ q sunt in celo ⁊ ītra. Ad pmū vo obiec-
tū dic Nicho⁹ de lyra q alma i hebreo si-
gnificat absc̄ditā ita q nō dubitaf de inte
gritate illius. Et scribit p b ⁊ nō inueniunt
nisi tres ita descripte. Prima ē rebecca d̄
q Genesis. xxiiij. ca. dr. Puella decora ni
mis. Secf. puella q egredief. i hebreo po-
nit: halma q egredief. Scda fuit Maria
soroꝛ Moysi. de q dr Exo. ij. ca. Fuit puel-
la. i hebreo pōit halma Fuit halma. Et iste
due fuerūt virgines purissime qñ fuerūt ge
nerate. Tertia ḡ fuit virgo Maria i hac p
phetia. Quare halma virginez significat.
Ald illud vero qō adducebaf de nolle ema
nuel: Rñdet doctoꝛes vt ēt tactū ē in ſmo-
ne de circuncisione: q duplex est nomen. s.
nature vt hō: ⁊ ipōnis vt petrus ⁊ Antoni⁹
Emanuel itaq est nomen nature. Jesus vo
nomen impōnis. ¶ Scōz dubiū, apiendā
vtz virginitas marie fuit voto ꝯfirmata.
Ald q rñdet Ricar. i. iiij. di. xxx. Et Tho. iij
pte. q. xxviij. q cū pfectōis opa magis sint
laudabilia si ex voto fiant q̄z sine voto. vir
ginitas aūt i mfe dei ꝑcipue debuit pollere
iō quiēs fuit vt virginitas ei⁹ esset ex vo
to deo ꝯsecrata. Uerūtn̄ q: tpe legis oꝑ-
tebat gnatōi īsistere tā mulieres q̄z viroꝛ:
q: fm carnis oꝛiginē cult⁹ dei augebat an-
teq̄z ex illo populo xps nasceret. Ut deī
credif añ q̄z despōsaref Joseph absolute vir
ginitatē vouisse. ſz eā i desiderio habuisset
Sup hoc tñ volūtatē suaz diuīno cōmisit ar
bitrio. Postmodū vo accepto spōso fm q
moꝛes illius tpis exigebant simul cū eo vo
tum virginitatis emisit. voluit vo despōsa
ri ex familiari instinctu spūs sci: ꝯfidens de
diuino auxilio q nūquā ad copulā carnalez
puenissent. Cōfirmāt ista p magistꝝ sent. i
iiij. di. xxx. ⁊ ēt p illud qō scribif. xxvij. q. ij.
ca. sufficiat. d. Btā Maria. Adulfus tñ di
cit in suo. iiij. q possibile fuit virginē exp̄
se vouisse anteq̄z despōsaref: ⁊ nihilomin⁹
cū vo voto virginitatis potuit ꝯbere. Maz
mfimoniū est ꝯsensus in carnalē copulā al-
tero ꝯiugū petente. Si ḡ ꝯstaret p reuelatio
nē ipsi femine q nūquā vir ab ea debitū pe
teret cū vero voto virginitatis: posset ista,

re verum matrimonium qꝛ nunquam carnalis copula seqret. Et ita fuit in ꝓposito: qꝛ virgini gloriose fuit reuelatũ ꝙ nũqꝫ Joseph peteret ab ea debitũ: ⁊ forte ẽt ipsi Joseph: cuꝫ dicat a multis ꝙ ipse insup ex isti ctu spũs sci virginitatẽ vouerat. Nõ obstãte ãt tali voto int Mariaꝫ ⁊ Joseph vex fuit matrimoniũ. vt refert magister sent. Et xxvij. q. ij. ca. institutũ. Nã vt igt Ricard⁹ ẽt scũs Tho. duplex est ꝑfectio rei ꝑma. s. ⁊ scda. Prima ĩ ipsa rei forma ꝯsistit ex q̃ speciẽ sortit. Scda ꝯsistit in opatõe rei ꝑ quaꝫ res aliq̃lit suũ finẽ attingit. Forma ãt mr̃imonij ꝯsistit ĩ q̃dã idiuisibili ꝯiunctõe aĩoꝝ ꝑ quã vnus ꝯiugum indiuisibiliter alteri fidẽ seruare tenet. Finis ãt mr̃imonij ẽ ꝓles generanda ⁊ educanda. Ad quoꝝ ꝑmuꝫ ꝑuenit ꝑ ꝯcubitum ꝯiugalem. Ad secunduꝫ ꝑ alia opa viri ⁊ vxoris q sibi inuicem obsequant ad ꝓlem nutriendam. Sic ergo quantũ ad ꝑmam ꝑfectõem oĩno vex fuit mr̃imonium virginis matris dei ⁊ Joseph qꝛ vterqꝫ ꝯsensit in copulã ꝯiugalẽ: nõ autẽ exp̃sse in copulam carnalem: nisi sub ꝯditione si deo placeret. vnde ⁊ angelus vocat Mariam ꝯiugem dicens. Noli timere accipere Mariam ꝯiugem tuam. Qd exponens Aug. in lib. de nuptijs ⁊ ꝯcupiscentia dicit. Coniunx vocat ex ꝑma despõsatiõis fide quaꝫ ꝯcubitu nec cognouerat nec fuerat cogniturus. Quantũ vero ad scdam ꝑfectionem q̃ est ꝑ actum mr̃imonij si hoc referat ad carnalem ꝯcubitum ꝑ quem ꝓles generat nõ fuit istud mr̃imoniuꝫ ꝯsumatũ Habuit tñ illud mr̃imonium etiaꝫ scdaꝫ ꝑfectionem q̃tum ad ꝓlis educatiõem. vñ Aug. dicit in lib. de nuptijs ⁊ ꝯcupisentia. Dẽ nuptiaꝝ bonum impletũ est in illis parentibus xp̃i ꝓles: fides: sacramentũ: ꝓlez cognoscimus ip̃m dñm Jesum. Fidẽ qꝛ nullũ adulteriũ. Sacramentuꝫ: qꝛ nullũ diuortiuꝫ. solus sibi nuptialis ꝯcubitus non fuit. Et siqs obijceret ꝯ ista: qꝛ Hiero⁹ ꝯ heluidiuꝫ ait. Joseph Marie custos fuit potius q̃ maritus. Dicẽdũ ꝙ Hiero⁹ accipit maritũ ab actu mr̃imonij ꝯsumati. Similiter ĩtelligenda sunt verba Hieronymi ĩ Mattheũ. vbi ait. Cũ vix audieris suspitio tibi non subeat nuptiaꝝ: sed recordare consuetudinis scripturaꝝ q̃ spõsi viri ⁊ sponse vocantur vxores. qd Hieronymus vocat nuptias nuptialem ꝯcubitum. Oĩa predicta facile teneri pñt: ⁊ ꝙ virgo vel anteq̃ cum Joseph ꝯheret: vel postq̃ ꝯxit ex dei reuelatõe virginitatem vouisset. Et ꝙ Joseph illuminatus a deo q elegit eum tãte v̄ginis spõsum ⁊ sui filij alũnũ virginitatẽ voto fuerit cõplexus cuꝫ ꝑpendimus ipsi⁹ virginis bñdicte mores ⁊ actus diuinit⁹ regulatos. In quadaꝫ tamen historia sic habet ꝙ beata virgo cõpleto ablactatiõis triẽnio ad tẽplũ domini a parẽtibus fuit perducta vbi remansit cum alijs virginibus ⁊ puellis in omni sanctitate seruiens altissimo deo: visitabaturqꝫ ab angelis frequentius ⁊ spiritualibus consolationibus replebatur.

Quartodecimo vero etatis sue anno pontifex publice denunciauit vt virgines que erãt in templo ⁊ etatis tempus implessent domum reuerterentur vt matrimonia cõtraherent: cuius mandats cum cetere paruissent sola virgo Maria hoc se facere non posse respondit: tum qꝛ parentes sui eã domini seruitio mancipassent: tum qꝛ virginitatem suaꝫ domino ipsa vouisset. Tũc anxiatus pontifex pro nouitate rei iminente festiuitate iudeorum senioribus conuocatis: omniuꝫ vna hec fuit sententia vt domini consilium quereretur. Cum autem orationi insisterent ⁊ pontifex ad consulendum dñm accessisset: mox de loco oratorij cunctis audientibus vox insonuit: vt quicũqꝫ de domo dauid nuptijs abiles ꝯiugati non essent: singuli virgas ad altare deferrent: ⁊ cuiuscũqꝫ virgula germinaret ⁊ ĩ cacumine ei⁹ spirit⁹ scũs in columbe specie cõscederet: ipse proculdubio esset cui virgo desponsari deberet. Erat inter ceteros Joseph de domo dauit cui cum incõgruũ videret si vir iam ꝓuecte etatis tam tenerã virginẽ duceret in vxorẽ. Ceteris virgas suas afferentib⁹: solus ipse virgã nõ attulit vñ cũ nihil diuine voci ꝯsonũ appareret põtifex iterato dñm ꝯsulendũ putauit: q rñdit ꝙ solus ille virgã suam non attulit cui virgo despõsari debebat. Inductus itaqꝫ Jo-

seph vt virgam suam ferret: cum hoc fecis
set illico germinauit ⁊ in ei⁹ cacumine colũ
ba ꝯsedit: q̄re sibi despõsata fuit virgo: q in
suaꝫ ciuitatez bethleez ꝓfectus necessaria
nuptijs ꝓuidebat: virgo aũt Maria ad do
mũ parentũ in nazareth reuersa est. Ubi i
diebus illis angelus gabriel ei orãti appa
ruit: ⁊ de ea nascituꝝ dei filiũ nũciauit: hec
in legenda natiuitatis virginis. ¶ Tertiũ
dubiuꝫ fuit vtꝝ virginitas marie fuit seni
ꝑ obseruata. Ad qd̄ neq̄ꝫ heluidius hereti
cus ore sacrilegio ⁊ blasfemo ausus est dice
re. ꝙ post partuꝫ nõ mãsit virgo: licꝫ fuerit
virgo añ ꝑtũ ⁊ in ꝑtu. Sũpsit ãt occasionez
erroris qꝛ male intellexit scripturas. Nã i
.i. ca. Matthei scribit̄ de Joseph. Nõ cog̊
scebat eã donec pepit filiuꝫ suuꝫ p̄mogeni
tuꝫ: Arguit heluidius ⁊ dic̄ h̄ aduerbiuꝫ do
nec ꝯsueuit determinatũ tp̄s significare quo
cõpleto fiat id qd̄ vsq̄ꝫ ad illud tp̄s n̄ fiebat
verbũ ãt cognoscendi ibi ad coitũ refertur
Sic̄ ⁊ Genesis. iiij. ca. dr̄. ꝙ Adã cognouit
vxorez suaꝫ: g̊ post ꝑtuꝫ btã virgo fuit a Jo
seph cognita. Insuꝑ ⁊ Jesus noĩat̄ p̄mogeni
tus: g̊ habuit frẽs subseq̄ntes. Et hoc ꝯfir
mat̄. qꝛ Joã. ij. ca. dr̄. Descẽdit icapharna
uꝫ ipse. s. xp̄s ⁊ mr̄ ⁊ fratres ei⁹. Pro ꝯfusio
ne heluidij ⁊ veritatis defensione notãduꝫ
ꝑ illo verbo cognoscebat: ꝙ qdã dixerũt h̄
nõ esse intelligẽduꝫ d̄ cognitõe carnis: sꝫ de
cognitõe noticie. Dic̄. n. Crisosto⁹ ꝙ nõ cog̊
uit eã Joseph añq̄ꝫ peret cui⁹ fuerit dignita
tis: sed postq̄ꝫ pepit tũc cognouit eã: qꝛ ꝑ ip
si⁹ ꝓlẽ spãlior ⁊ dignior fcã fuerit q̄ꝫ tot⁹ mũ
dus qꝛ quẽ totus mũdus cape nõ poterat in
angusto vt̄o suo sola suscepit. Quidã ãt hãc
cognitõez referũt ad noticiã visus. Sic̄. n.
Moysi cũ dño colloq̄ntis glorificata ẽ faci
es vt nõ possent i eũ ĩtẽdere filij israel. Sic
Maria claritate virtutis altissimi obum
brata cog̊sci nõ poterat a Joseph donec pa
reret. Post ꝑtũ v̄o a Joseph agnita inuenit̄
specie faciei nõ libidinis tactu. Hiero⁹ añt
ꝯcedit hoc cẽ intelligẽdũ de cognitõe coit⁹
sꝫ dic̄ ꝙ vsq̄ꝫ vel donec i scripturis q̄nq̄ꝫ si
gnificat certũ tp̄s. s̄m illud ad Galatas. iij.
ca. Propt̄ trãsgressores lex posita ẽ donec
venit scm̄ cui ꝓmiserat. Q̄nq̄ꝫ v̄o significat
infinitum tempus s̄m illud. Donec ponaꝫ
inimicos tuos ponit̄ ibi donec pro semp.
Et s̄m hunc modm loquendi euangelista
oñdit ꝙ Joseph nõ cognouit eã donec pep
it. i. vsq̄ꝫ ad partum ⁊ neq̄ꝫ ẽt post partum
De eo ẽt ꝙ xp̄s dr̄ p̄mogenit⁹ vt ait Hiero
nim⁹. ⁊ ponit̄ de verbo. sig. in ca. Joseph.
Nõ post quẽ ali⁹ sꝫ añ quẽ nullus. Et de eo
qd̄ Heluidius referebat xp̄m videlicet ha
buisse fratres Hiero⁹ ait. ꝙ q̄tuor modis i
scriptura frẽs dñr. s. natura: gẽte: cognatõe:
⁊ affectu. vñ fratres dñi dicti sĩt nõ s̄m natu
rã q̄si ab eadẽ mr̄e nati sꝫ s̄m cognatõez q̄si
ꝯsanguinei eius existentes. Detestãdus ita
qꝫ est error ꝑniciosissimus heluidij vt inqt
Tho. iij. ꝑte. q. xxviij. Primo qꝛ derogat
xp̄i ꝑfectõi: ⁊ sicut q sꝫ diuinã naturã vnige
nit⁹ ẽ p̄ris tanq̄ꝫ ꝑfectus ꝑ oĩa filius ei⁹: ita
etiã decuit vt eẽt vnigenitus matris tanq̄ꝫ
ꝑfectissimum germen eius. Secundo hic
error iniuriaꝫ facit spiritui scõ cuius sacra
rium fuit vterus virginalis in quo carnem
xp̄i formauit. Vñ nõ decebat vt de cetero
violaret̄ ꝑ cõmixtionẽ virilem. Tertio de
rogat dignitati ⁊ sanctitati matris dei que
ingratissima videret̄ si tanto filio ꝯtenta ñ
esset: ⁊ si virginitatez que in ea miraculose
ꝯseruata fuerat sponte perdere vellet ꝑ car
nis ꝯcubitum. Quarto insuꝑ ipsi Joseph es
set ad maximam p̄sumptionem imputan
dum: si eam quam reuelante angelo de spi
ritu sancto deũ ꝯcepisse cognouerat pollue
re tentaret. Quare virginez añ ꝑtum: vir
ginez in ꝑtu virginez ⁊ post partũ genitricẽ
dei verissime p̄dicamus. Si v̄o vlterius
aliqs q̄reret. Cur voluit xp̄s de virgine na
sci. R̄ndere possum⁹ ex dc̄is p̄fati doctoris
sci Tho. vbi. s̄. ꝙ h̄ fcm̄ est triplici de cã.
Primo propter dignitatem patris.
Secundo propter puritatem filij.
Tertio propter incarnationis finem.
¶ Primo propter patris dignitatem con
seruandam. Cum. n. Christus sit verus ⁊
naturalis dei filius: non fuit ꝯueniẽs vt ali
um patrez haberet q̄ꝫ deũ ne dignitas trãs
ferret̄ in alium. Scd̄o h̄ fuit ꝯueniens ꝑꝑ
puritatem filij. Ipse nãq̄ꝫ est verbuꝫ dei: v̄
buꝫ v̄o absq̄ꝫ omni corruptõe cordis ꝯcipi

tur ⁊ ex corde absq; corruptiõe ꝓcedit. Uñ vt oñderet̃ ꝙ illud corpus esset ipsi⁹ verbi dei: ꝯueniens fuit vt de incorrupto v̄ginis vtero nasceret̃. Tertio fuit ꝯuenens ꝑp incarnationis finez. Ad hoc.n. venit xp̄s vt hoies renascerent̃ in filios dei ñ ex volũtate carnis neq; ex voluntate viri.i. ñ ex consensu mulieris ⁊ viri: sed ex deo.i. ex dei v̄tute nati sr̃. Uñ Aug⁹ in li. de sctã virginitate ait. O portebat caput nr̃m insigni miraculo ꝟz corp⁹ nasci de v̄gine vt significaret sua mẽbra d̄ v̄gine ecclesia ꝟz spm̃ nascitura

¶ De tribus legis cerimonijs quas beata virgo seruauit ex humilitate. Ca.ij.

SEcũda virtus p̄stantissima quã in virgine bñdicta ꝯtemplari debemus dr̃ humilitatis. Ob illaz nanq; subiecit se hodierna die triplici cerimonie legis.

Prima cerimonia fuit purgationis.

Scda presentationis.

Tertia oblationis.

¶ Prima cerimonia dr̃ purgatiõis. Quadragesimo nãq; die a natiuitate dñi venit ad tẽplũ vt ꝟz ꝯsuetudinẽ legis mũdaret̃ cũ tñ sub illa lege ñ teneret̃. Ad qd̄ plene itelligẽdũ põderãda sr̃ ea q̃ scribunt̃ Leuitici.xij ca. vbi sic habet̃ in sententia: ꝙ mulier si suscepto semine peperisset masculuz ĩmunda esset septem diebus: ĩmunda.s. a consortio hoĩm ⁊ ab ingressu templi. Sed completis septem diebus munda quidez efficiebatur quo ad consortiuz hoĩum. Sed adhuc vsq; ad trigesimuz tertium diem quo ad ingressuz templi ĩmunda erat: tandez completis quadraginta diebus quadragesima die tẽpluz intrabat ⁊ pueruz cuz muneribus offerebat. Si v̄o feminã peperisset duplicabãtur dies ⁊ quo ad cõsortiuz hoĩum ⁊ quo ad ingressuz tẽpli. Beatissima v̄o virgo nullaz habuit ĩmundiciã a qua purgaret̃ neq; filiũ concepit virili femine: quare nec legi purificationis obligabat̃: voluit tñ predictã legez humiliter adimplere. Nã vt ĩqt Tho. iij. pte. q. xxxvij. Sicut plenitudo gr̃e a xp̄o deriuat̃ ĩ matrẽ: ita decuit vt mr̃ humilitati filij cõformaret̃. Et iõ sicut xp̄s lz legi nõ esset obnoxius voluit nihilominus circũcisionez aliaq; onera legis subire: ad demonstrandũ humilitatis ⁊ obedientie exemplũ ⁊ vt approbaret legem: ⁊ vt occasionẽ scandali a iudeis tolleret: ꝓpter easdem rõnes voluit ⁊ mr̃em suã implere legis obseruantias: quibus tñ nõ erat obnoxia. Ideo Bernard⁹ ad virginẽ sic deuote loquitur. Uerebtã virgo nõ habes cãm nec tibi opus ẽ purificatione: sed nũqd filio tuo op⁹ erat circũcisione? Esto inter mulieres tanq̃ vna illarũ: naz ⁊ filius tuus sic est in medio pueroꝝ hec Bernardus. ¶ Scda cerimonia legis cui se virgo scã subiecit dr̃ presentatiõis vt eni scribit̃ Exodi.xiij.ca. Locut⁹ est dñs ad moysen dicẽs. Sanctifica mihi oẽ primogenituz qd̄ aperit vuluas ĩ filijs israel. Ubi sciendũ ꝙ de prole nata duplex preceptum tradebat̃ in lege. Unũ quidẽ generale q̃ztuz ad oẽs vt.s. completis diebus purificatõis matris offeretur sacrificiũ pro filio siue pro filia vt habetur Leuitici.xij.ca. Et hoc quidẽ sacrificiuz erat ad expiationẽ pcti in quo ꝓles erat concepta ⁊ nata: ⁊ etiaz ad consecrationẽ quãdam ipsius: qr tũc primo presentabat̃ in tẽplo. Et iõ aliqd offerebat̃ in holocaustũ: aliqd pro peccato. Aliud erat p̄ceptum speciale de primogenitis tã in hoĩbus q̃z in iumentis. Sibi.n. dñs deputauerat oẽ p̄mogenitũ ĩ israel ꝓ eo ꝙ ad liberationẽ ppl'i israel ꝑcusserat p̄mogenita egypti ab hoie vsq; ad pec⁹: p̄mogenitis filioꝝ israel reſuatis. Et qr xp̄s fuit p̄mogenit⁹ marie virgĩs mr̃is: vtꝝq; fuit fcm̃ circa eum. Primo q̃ztũ id qd̄ erat spãle ⁊ ꝑtinet ad p̄genitos. Ob qd̄ dic̃ Lucas. Tuler̃ illũ ĩ hierusalẽ vt sisterẽt eũ.i. offerrẽt dño: qr oẽ masculinũ adapiẽs vuluã.i. p̄mo nascẽs ꝟz Nichola. d̄ lyra. Cuiusmõi erãt p̄mogẽiti: scm̃ dño vocabit̃. Scdo fcm̃ fuit circa xp̄m id qd̄ cõiter ꝑtinet ad oẽs. Et hoc notat̃ cũ dr̃ Et vt darẽt hostiã ꝟz ꝙ dcm̃ erat ĩ lege dñi par turturꝝ aut duos pullos columbaꝝ. Qr vero dr̃. Oẽ masculinuz adapiẽs vuluã pz ꝙ loqt̃ de masculo ꝯcepto ⁊ nato ꝑ aptõem claustri virginalis: qd̄ nõ habuit locũ ĩ beata virgine: q̃ virgo ꝑmansit ĩ ꝯceptu ⁊ partu: tñ hanc legez ex humilitate voluit obſuare. ¶ Tertia cerimonia cui se virgo subiecit dicitur oblatõis. Nã obtuler̃ ipsa ⁊ Jo

leph pro domino par turturum aut duos pullos columbarum. Hec erat oblatio pauperum: sed agnus oblatio diuitum. Verũtamen tres difficultates hic oriuntur. Prima an conueniens fuit aliquid offerre deo Secũda quare oblatio fiebat de aliquibus determinate non de oibus. Tertia quare animalia offerebantur occisa. Pro prima difficultate posset qs arguere isto mõ. Nihil offerenduz est alicui qõ suuz ẽ ꝛ ipse nõ idiget. Sz dei erant oia q̃ i sacrificijs offerebañ ꝛ illis nõ idigebat: qz ad vsuz hominis illa deputauerat: g̃ nõ erant deo offerenda. Cõfirmañ ista qz Dauid i ps. Dñi est terra ꝛ plenitudo ei⁹ orbis terraꝝ ꝛ vniuersi q habitant in ea. Et itez. Sacrificiuz ꝛ oblatõez noluisti. Et i alio ps. Inducit loq̃ntẽ deũ. Nunqd manducabo carnes tauroꝝ aut sanguinez hircoꝝ potabo. In Zriuz añt est illud qđ ponit Leuitici. i. ca. Ubi de vsu dixit oblata oia adolebit sacerdos sup altare i olocaustuz ꝛ odorẽ suauissimuz dño. Et ꝓpterea scũs Tho. ꝑma ꝑe. q. cij. dic. q ds voluit sibi offerri sacrificia triplici rõne Primo propter mentis ordinationem.

Secundo propter idolatrie excusationez.

Tertio propter figurationem.

¶ Primo voluit de⁹ offerri sibi sacrificia pp mentis ordiatõez. Ad hãc ptinet vt oia q̃ qs hz recognoscat a deo. vt dr. xvj. q. i. ca. reuertimini. ꝛ ordinet i deuz tanq̃z in vltimũ finẽ. Et hoc repsentabat i oblatõibus ꝛ sacrificijs. Hinc ẽ q Dauid vt scribit. i. Paralipome. ca. xxix. dicebat tua st oia ꝛ q̃ de manu tua accepim⁹ dedimus tibi. Secũdo voluit ds offerri sibi sacrificia pp ydoloꝝ excusatõez vt p honorẽ q reddebat deo retraheret ppl's a cultu ydoloꝝ. Hã ꝑcepta de sacrificijs nõ fuerũt data populo iudeoꝝ nisi postq̃z declinauit ad ydolatriã adorando vitulũ ꝓflatilẽ. Tertia rõ fuit pp figuratõez. Futurus nãq; erat xps q se offere p hoiuz salute debebat. Jõ oblatões veteris legis xpm figurabãt: de quo sic igt apostol⁹ ad Ephesios. v. ca. Tradidit semetipz pro nobis oblatõz ꝛ hostiam deo i odorẽ suauitatis. Et ad Hebreos. x. c. Xps vnã semel p pcis hostiã obtulit i sempitnũ. Concludimus g̃ q lz dei sint oia q̃ buf nec indiget: oblatões tñ sibi fieri voluit pp hoiuz vtilitatẽ rationibus predictis. ¶ Secda difficultas erat q̃re oblatio fiebat deo de aliq̃b⁹ determinate ꝛ nõ de oibus. Hã de generibus aialiuz q̃drupeduz offerebañ boues: oues: capre. Et de anibus turtur ꝛ colũba ꝛ i mũdatõe leprosi de passeribus. Quare nõ offerebañ pisces: agle: leones: ꝛ similia. Et rñdet Tho. vbi. s. q hoc fiebat pp tria.

Propter communem abilitatem.

Propter munditiam ꝛ puritatem.

Propter oblationis singularitatem.

¶ Primo hoc fiebat pp cõem abilitatẽ: qz illa q̃ offerebañ facile hẽri poterãt a cõitate hoiuz: nõ sic leones agle vel pisces. Secũdo hoc fiebat pp mũdiciã ꝛ puritatẽ qz illa aialia mũdũ hñt nutrimẽtũ sic̃ dicit Rabi moyses. nõ sic gallina ꝛ porc⁹. Tertia rõ erat pp oblatõis singularitatẽ: vt cẽt singularis oblatio q̃ fiebat deo: differẽs ab oblatõe q̃ fiebat ydolis. Et qz egyptij colebant oues ꝛ venerabañ hircos eo q demones in ila forma eis apparebant. Boues vohabebant inẽ res sacras ob reuerẽtiã Ysis q deaz hẽbant. Hec fuit sorz sozonei q̃ nauigans i egyptũ multa egyptios de agricultura docuit. Jcirco offerebañ deo oues: hirci: capre: ꝛ boues: Insup vt ait Rabi moyses: In meliores sñt pulli: in turturibus meliores maiores. ¶ Tertia difficultas erat q̃re aialia offerebañ occisa. Ad qđ dicit sã. Tho. q hoc fiebat triplici rõne. Primo pp ꝓformatõez: qz sic veniũt i vsuz hoiuz. Secũdo pp significatõez: qz significabant occisionẽ quã pcõr mereꝝ ꝛ deus misericors pp humilitatẽ ꝛ reuerẽtiã sibi factaz tollerat illuz ꝛ pp penitẽtiaz indulget sibi. Tertio sic fiebat pp figuratõez xpi q occisus debebat imolari. Dis g̃ dimissis redeamus ad oblationem factam p rpõ. Nam lz ex paupertatis amore paupez oblationem elegerit tñ vt inqt Tho. iij. ꝑte. q. xxxvij. Turtures ꝛ colũbi figure ꝓgruũt. Naz turtur qz est auis loqr ꝓdicatiõez ꝛ ꝓfessionẽ fidei significat. qz vero ẽ aial castuz significat castitatez: qz vero est aial solitariũ significat ꝓtemplaõz Colũba vero est aial mãsuetuz ꝛ simplez iõ mãsuetudinẽ ꝛ simplicitatem significat.

¶ De liberalitate ẏgis q̃ manifestaꝝ i dis-

pensationem munerum ⁊ confessione filij atq; in omnes eam inuocantes beniuola condescensione. Ca.iij

Tertia virtus principalis quam in virgine beatissima contemplari debem⁹ dicitur liberalitatis: quam deprehendere possumus maxime propter tria.

Primo propter munerꝝ dispensationem.
Secundo propter filij concessionem.
Tertio propter beniuolaꝫ condescensionẽ.

¶ Primo possumus deprehendere liberalitatẽ virginis bñdicte ꝑꝑ munerꝝ dispẽsatõem. Nam vt scribit Mat.ca.ij. Magi obtulerunt xp̃o munera p̃ciosa: aurꝝ: thus ⁊ mirrham: verũtñ vt pie credit oia paupibus dispensauit. Neq; putandum ẽ q̃ tres reges vilia dona regi reguꝫ porrexissent: lꝫ aliq hoc velint asserer̃ q dñt talia fuisse fcã ꝑꝑ mysticam significationem. Alij vero ꝯsentientes opinioni eoꝝ q dñt magna auri pondera fuisse xp̃o donata: fingunt virginẽ illa reseruasse ꝓ peregrinatione in egypto. Sꝫ reuera qd̃ prius diximus magis est verisimile atq; credibile virginem. s. illam pijssimam cuncta pauperibus distribuisse

¶ Scdo possumus deprehendere virginis liberalitatem ꝑꝑ filij sui gratiosam ꝯcessionem: qñ videlicet ꝯcessit euꝫ Simeoni sancto q accepit illuꝫ in vlnas suas: de h̃ sic refert Lucas. Et ecce homo erat in hierusalem cui nomen Simeon: ⁊ homo iste iust⁹ ⁊ timorat⁹ expectans consolationem israel ⁊ spiritus sanctus erat in eo. ſm Nicho. de lyra hoc intelligit̃ quantum ad gratie plenitudinem qꝛ non solum habuit gratiaꝫ iustificantem ꝓut habetur cõmuniter a iustis sed etiam quantum ad illuminationes diuinas ⁊ consolationes speciales. Ideo subdit̃. Et rñsum acceperat a spiritu sancto scilicet ĩ orationis suis deuotis: non visurum se mortem nisi videret Christum dñi. Tũc eniꝫ erat opinio cõis apud intelligentes q̃ iminebat aduentus xp̃i ſm signa a patriarchis ⁊ prophetis data. Et ideo Simeon d̃ hoc deum fruentius orabat ⁊ in oratõe responsum accepit q̃ xp̃m natum videret anteq̃ vitã p̃sentem finiret. Et venit in spiritu in templum. i. ꝑ reuelatõem spiritus sãcti vt videret Christum sicut erat ei ꝓmissum. Et cum inducerent puerum Jesuꝫ ad faciendum que predicta sunt ſm legeꝫ. Et ipse accepit eum in vlnas suas cum maximo cordis gaudio. ſm q̃ dr̃ Prouerbioꝝ xiij.ca. Desideriuꝫ si compleatur delectat aĩam. Intueamur Simeonem a virgine filium exposcentez: consideremusq; q̃ blande q̃ benigne q̃ liberalissime mater illa illum sibi consignauit. O Simeon accepisti illum in vlnas tuas. i. in brachia. Quez accepisti: ⁊ regem regum ⁊ dñm dominantium. Quem ad tuum pectus dulciter deduxisti: filium dei ⁊ virginis illibate. Quem aspexisti: Deum ⁊ hominez Christum humani generis redemptorez. O felicia brachia. O beati oculi tui qm̃ meruisti tanto p̃uilegio dotari. Super hoc Augustinus in sermone presentis solẽnnitatis ait. Hec sũt testimonia tua domĩe Jesu: anteq̃ tibi sternerentur fluctus maris: cãpi cederent imperanti: anteq̃ ventus te iubente siluisset: mortui te vocãte resurrexissent: sol te moriente palluisset: terra te resurgente tremuisset: celum te ascendente putauisset. Adhuc manibus matris portabaris: ⁊ iam dñs orbis agnoscebaris. Et propterea Simeon benedixit deum gratias agendo pro tanto beneficio ⁊ dixit. Nunc dimitis dñe seruũ tuũ ſm verbum tuum in pace. i. de cetero dimittes me de hac vita transire in cordi qete. Qꝛ viderunt oculi mei salutare tuum Letanter. n. descendere volebat ad limbũ patꝝ: exquo videbat saluatorem natuꝫ. Qd̃ parasti ante faciem omniuꝫ populoꝝ. i. coram omnibus populis quibus mysterium incarnationis ⁊ redemptionis predicatuꝫ est ꝑ apostolos. Lumen ad reulationem gẽtiuꝫ: qꝛ prius erroꝝ tenebris inuoluebatur Et gloriam plebis tue israel. Magna est enim gloria iudeis ad Christi fidem conuersis q̃ Christus ſm carnem natus est de ipsis. Et pater ei⁹. s. Joseph q meruit vocari pr̃ xp̃i eo q̃ nutrici⁹ eius fuit: ⁊ mater. s. Maria q̃ fuit mater eius vera erãt mirantes super his que dicebant̃ de illo: tũc a Simeone: ⁊ prius a magis ⁊ a pastoribus: ⁊ a Zacharia ⁊ Elisabeth. Et restituto pue-

ro virgini bñdixit illis simeon. s. virgini ⁊ ioseph. Quãuis enim maria ⁊ ioseph essent maiores Simeone in sanctitate: ille tñ erat maior ẽtũ ad sacerdotis officium ad quez spectat bñdicere populum. Et non solũ benedixit sed etiam futura prædixit. Ecce inquit positus est hic in ruinaz ⁊ i resurrectõez multorũ in israel: qz. s. in passione xpi que futura erãt multi iudei fuerunt excecati a veritate cadentes. Et multi fuerũt illuminati qui prius erãt simplices ⁊ ignorãtes vt pz de apostolis quibus post passionẽ xpi data est intelligentia scripturaz. ſm q dicit Luce vltimo ca. Tunc aperuit illis sensum vt intelligerẽt scripturas. Subsecutus est Simeon: ⁊ in signũ. s. federis inter hoes ⁊ deum cui contra dicetur a scribis ⁊ phariseis ⁊ alijs. Et tuã ipsius aiam pertransibit gladius. i. dolor passionis ei⁹ pertransibit animaz tuam per compassionẽ vt reuelentur ex multis cordib⁹ cogitationes: qz ista virgo tpe passionis in fide perseuerauit: alij tamẽ discipuli diuersas fluctuationes cogitationuz habuerunt quousqz viderũt ipm a mortuis resurrexisse. ¶ Tertio possum⁹ deprehendere virginis liberalitatẽ pp benignaz condescensionẽ. Lõdescendit quippe oĩ⁹ eius presidiuz implorantib⁹ Ipsa est dulcedo ⁊ spes nra vt cantat ecclesia. ipsa est stella maris q̃ naufragantes in mare hui⁹ mũdi ad portuz salutis dirigit. Ipsa ꝑpinq̃ est valde peccatorib⁹ sicut luna inter planetas ꝑpinquior est terre: vt accedam⁹ ad eã confidenter inducit nos deuotus Bernardus his vbis. Securũ inquit habes o hõ accessum apud deũ: vbi habes filiũ ante pfez: ⁊ mfez ante filium. Filius oñdit patri cicatrices ⁊ vulnera: mr oñdit filio pectus ⁊ vbera. Nec vlla põt esse repulsa: vbi tot occurrunt charitatis insignia. Et itez Bernardus. Nñ misereri ñ poterit mater ꝙpotentie: Nñ misereri nollet mat misericordie: Et idem. Reuolue totã seriez euangelij ⁊ si qd asperuz: si quid duruz inueneris in maria deinceps eaz suspectaz habeas ⁊ ad eaz accedere verearis. Igit sub alis eius confugiamus vt sic tuti esse possimus: ⁊ in hoc seculo filij sui gram mereamur accipere ⁊ tandem gloriam sempiternam. Amen.

¶ Sermo vigesimusnonus de assumptione ⁊ exaltatione virginis sacratissime in q̃ maxima relucet diuina potentia.

Fecit mihi magna qui potens ẽ. Gloriose virginis marie verba sunt ista originaliter Luce. i. ca. Et si oia que i virgine benedicta diuina largitas dignata fuit operari magna sint ⁊ stupenda: verũtñ exaltatio illius sup oẽm celestez militiã cunctos in stuporez ⁊ admirationẽ cõmouere dz. Quid. n. excogitari mirabilius põt q̃z q⁹ vna mulier transcenderit beatitudinez quozũcunq; citra filiuz hoim ⁊ angelorum eñq; locuz in empirreo celo ꝓscendit: ad quẽ nulla alia pura creatura vllo vnq̃z tpe ꝓperare valebit. ¶ Hec oia tñ cuz ingẽti leticia deuotioneq; ardentissima a nobis cõmemorari debent. ¶ Hinc ¶ Hieronymus in sermone ad paulã ⁊ eustochium inquit. ¶ Hodie gloriosa semper virgo maria celos ascendit rogo: gaudete: qz vt ita fatear ineffabiliter sublimita cũ xpo regnat in eternũ ¶ Regina mundi hodie de terris ⁊ de pñti seculo neq̃z eripit. Iteruz dico gaudete: qz secura ꝺ sua imarcessibili gloria ad celi iazp uenit palatiũ. Exultate inquã ac gaudete ⁊ letef ois orbis qz hodie nobis oĩbus eius interuenientibus meritis salus sancta est. Vobis quoq; diligentibus eaz honor ⁊ virtus vna cũ reliquis virginibus sacris amplior prestat ⁊ gra. Iccirco dilectissime letamini ⁊ laudate: qz si deũ ore ꝓphetico in scis suis laudare iubemur: multomagis eum in hac celebritate btẽ virginis matris eius oportet cũ hymnis ⁊ canticis diligentius extollere ⁊ dignis deo iubilare preconijs ac misticis honorare muneribus: ¶ Hec ¶ Hieronym⁹. Ut ãt mẽs nra vginis i celũ aduolãtis mysteria perscrutari possit: de ipsa in pñti sermone dicemus. In q̃ tria magna notabimus que fecit deus.

¶ ꝑmũ dr ꝓsummatiõis.
Secz glorificationis.
Tertium assumptionis.
¶ De felici trãsitu virginis ⁊ de his q̃ occurrerunt in illo.

Primuz q̄ fecit deus magnū in v̄gine matre dr̄ ꝯsumatiōis. Nā p̄sentem vitā feliciter ꝯsumauit eiusq̄ transitus decoratus extitit multis priuilegijs ⁊ p̄rogatiuis. Ad qd̄ plenius intelligēdū. Primo q̄rimus. quot ānis postq̄ xp̄s ascēdit ad celos illa mater sctissima supuixit. Et ad hoc qdaz Epiphanius dicit q̄ btā virgo qn̄ cōcepit xp̄m erat ānoꝝ quattuordeciz ⁊ in qn decimo ip̄z pepit ⁊ mānsit cū eo ānis trigintatribus: ⁊ post mortē supuixit ānis vigintiquatuor. Et s̄m hoc qn̄ obijt erat ānoruz septuagintaduoꝝ. Aliqb⁹ tn̄ ꝓbabilius videtur q̄ duodeciz ānis vixerit post passionē sui filij: ⁊ sic sexagenaria sit assumpta cū apl̄i totidē ānis p̄dicauerint in iudea ⁊ circa partes illas. sicut ecclesiastica tradit historia: Scd̄o vidēdū ē qd virgo fecerit illo tp̄e vsq̄ ad suā d̄positōnē. Et ad hoc dicūt qdā q̄ remānsit in domo iuxta mōtem syon posita: oīaq̄ loca filij sui. s. baptismi: ieiunij: passiōis: sepulture: resurrectōis: ascēsionis deuotiōe sedula visitabat. Hiero⁹ aūt ad paulā ⁊ eustochiū ita scribit. Si q̄rit p⁹ ascēsiōez qd egerit vnū ꝑ certo ē q̄ virgo sācta corpe ⁊ mēte ꝑmānsit. Nr̄ sane angelus gabriel ac si celestis paranimphus intactā custodiuit. Et ioānes apl̄s atq̄ euāgelista cui xp̄s de cruce eā ꝯmisit v̄go v̄ginē s̄uauit suisq̄ ei d̄seruiuit obseq̄is. Nō q̄ eximius ille scōꝝ chorus apostoloꝝ eā deseruerit inter quos post resurrectionē intrās ⁊ exiens familiarius ꝯtulit de xp̄i incarnatione tanto sigdē veri⁹ quāto ab initio pleni⁹ ꝑ ipm̄ scm̄ ꝯcta didicerat ⁊ ꝑspexerat oculis vniuersa: lz ⁊ apostoli ꝑ eūdē spūm scūm oīa cognouerīt ⁊ i oēz edocti ꝑuenerint veritatē: hec Hiero⁹. Tertio inuestigādū ē an sit incōueniēs de trāsitu vigīs acceptare q̄ in libro apocripho q̄ ioāni euangeliste ascribit̄ edocēt̄. Ad qd̄ ita rn̄det Hiero⁹ vbi s̄. Si venerit in manib⁹ vr̄is illud apocriphuz d̄ trāsitu eiusdē virginis dubia ꝑ certis nō recipiatis qd̄ multi latinoꝝ pietatis amore studioq̄ legēdi cari⁹ āplectūtur. Quarto ꝑscrutari debem⁹ q̄ sint illa q̄ vt pie tenere possumus occurrerūt i v̄ginis felicissimo obitu. Et vt colligit̄ a sanctis fuerūt precipue sex. Primuz fuit virgīs ꝯsolatio. Die nāq̄ quadā dū in filij d̄sideriū cor eius vehemēter accēderet̄. Angelus cū multo lumine ei astitit ⁊ reuerēter salutauit. Aue inquit bn̄dicta filius tu⁹ ad te me misit qui ⁊ genitricē reuerēdā expectat die itaq̄ tertia assumeris ad regna celestia: Cui virgo Cupio īgt vt filij ⁊ frēs mei apostoli ad me parit̄ ꝯgregēt̄. vt eos anteq̄ moriar corporalib⁹ oculis videā ⁊ ab eis sepeliri valeaz ⁊ ip̄is p̄sentibus spūm deo reddā. Iterum exopto valde vt aīa mea d̄ corpe exiēs nullū spūm teterrimū videat: nullaq̄ mihi sathane ptās occurrat. Cui āgelus. Ecce oēs ad te ꝯgregabūt̄ apostoli q̄ nobiles tibi exhibebunt exeq̄as funeris: ⁊ in eoꝝ ꝯspectu spūz exhalabis. Nā q̄ oliz ꝓphetā d̄ iudea in babyloniā in crine attulit: subito ip̄e ꝓculdubio ad te apl̄os adducere poterit in momēto. Malignos aūt spūs videre cur metuis cū eoꝝ supbiā tua hūilitate ꝯtriueris fiat tn̄ volūtas tua vt ip̄os nō videas. His dictis abscessit āgelus. Aiūt āt nōnulli q̄ p̄sentauit angelus v̄gini palmā quā attulit e paradiso q̄ nimia claritate splendebat. Et erat virge viriditati ꝯsimilis: sz folia illi⁹ vt stella matutina fulgebant quā añ pheretꝝ portādaz angelus dixit. Scd̄z qd̄ occurrit in virgīs obitu fuit apostoloꝝ oīm ꝯgregatio. Refert nāq̄ Dionysius in li. d̄ diuinis noībus. Apostolos in dormitione virginis euenisse: ac vnūquēq̄ i laudē xp̄i ⁊ virginis sermonē fecisse: loquēs nāq̄ ad Timotheuz ait. Nos vt nosti ⁊ ip̄e ⁊ multi scōꝝ nr̄oꝝ frūz ꝯuenimus ad visionem corporis vite principis: ⁊ que deum suscepit. Qualiter v̄o ibi apostoli venerunt colligit̄ vt puto ex illo libro apocripho. Nā p̄dicāte ioāne in epheso celū repēte ītonuit ⁊ nubes candida ipsuz sustulit ac raptū añ marie ianuā collocauit: ꝑcutiensq̄ ostiuz interius introiuit ⁊ virginē salutauit: quez: illa videns obstupuit: ⁊ pre gaudio lachrymas continere nequit. Dixitq̄ fili ioannes memor esto verboꝝ magistri tui q̄bus me tibi in matrē ⁊ te mihi in filium ꝯmendauit Ecce a dn̄o vocata debitum humane conditionis exoluo: ⁊ corpus meum tibi soli-

Diomise Areopag

cita cura recõmẽdo. Audiui.n. iudeos di
cẽtes. Expectem⁹ viri frẽs quo adusq; il
la q̃ iesus portauit subeat mortez ⁊ corpus
eius cõtinuo rapiem⁹: ac iniectũ ignib⁹ cõ
buremus. Tu igit hãc palmã deferri faci
facies ante pheretr: cuz corpus meũ duxe
ritis ad sepulchr. Dixitq; ioãnes. O vti
nã hic eẽnt oẽs apli frẽs mei: vt decentes
tibi pararc possem⁹ exequas ac exoluere lau
des dignas. Hec illo dicente: oẽs apostoli
de locis in qb⁹ p̃dicabãt a nubib⁹ rapiunt
⁊ ante marie ostiũ collocãt. Qui videtes se
ibidẽ isimul ꝓgregatos mirabant dicẽtes
Que naz cã ẽ pp quaz hic dñs nos insimul
ꝓgregauit. Joãnes ergo ad eos exiuit ⁊ do
minaz de corpore recessuraz p̃dixit. Terti
um qd occurrit in vginis transitu fuit sine
dolore ꝺsumatio. Pie nanq; credit q; aia
illa scitissima absq; dolore fuerit a suo cor
pore sepata: vt ãt scribit i li. illo apocripho
Cõgregatis aplis circa horaz noctis tertiã
affuit iesus cuz angelor ⁊ sctõrũ multitudi
ne: dixitq; iesus vgini mri sue. Veni electa
mea ⁊ ponã i te thronũ meũ: qz ꝺcupiui spe
ciẽ tuã. Et illa. Paratũ dñe cor meũ para
tũ cor meũ: sicq; marie aia de corpe egredi
tur: fuitq; tã a dolore carnis extranea q̃ a
corruptiõe extiterat aliena. Quartũ qd oc
currit i vginis obitu fuit xpi ⁊ toti⁹ curie ce
lestis obuiatio. Et ꝺ hoc ita pulchre logtur.
Iero⁹ i ꝑmõe ad paulã ⁊ eustachiũ. Ad ei
us ꝓfecto exequas q̃tũ phas est credere fa
mulabant angeli ⁊ vniuerse celor ꝓgratu
labant curie: nec mix qz honor mrnus ei⁹
ẽ g nat⁹ ẽ ex ea: quẽ oĩs celor ordo venera
tur ⁊ adorat sup se eleuatũ cũ pre i sede ma
iestatis deũ. Legim⁹ g̃ q̃ sepe ad funera ⁊
ad sepulturas quozũlibet sctõruz angelos
aduenisse ⁊ ad exequas eor obsequa p̃stitisse
necnõ ⁊ aias elector vsq; ad celos cũ hym
nis ⁊ laudib⁹ detulisse: vbi ⁊ vtriusq; sex⁹
chori cõmemorant freq̃nt auditi laudes ce
cinisse. Et i terra ⁊ qõ pspicaci⁹ ẽ multo nõ
nũq; lumine eosdẽ resplẽduisse. Insup ⁊ ad
huc vinẽtes i carne ibidẽ miri odoris fra
grãtiã diuti⁹ psensisse. Nõ si ad recreãdaz
spem ⁊ corroborãdã fidẽ iterdũ astãtiũ sal
uator nr xps ob merita suor ampli⁹ cõpen
bãda: tãta ⁊ talia dignat⁹ est exhibere p fu
os celi ministros circa defunctos: q̃to ma
gis hodierna die credẽdũ ẽ militiã celorũ
cuz suis agminib⁹ festiue obuiã aduenisse
genitrici dei: eãq; igenti lumine circũfulsis
se: ⁊ vsq; ad thronũ oli sibi etiaz añ mũdi ꝓ
stitutionẽ paratũ cũ laudib⁹ ⁊ cãticis spũa
lib⁹ pduxisse. Nulli dubiũ oẽz illã celestem
hierlm tũc exultasse ineffabili leticia. tũc io
cũdatã eẽ iextimabili charitate: tũcq; cũ oi
exultatiõe iubilasse: qm̃ festiuitas hec q̃ no
bis hodie reuelabit ãnua: illis oib⁹ facta ẽ
ꝓtiua: nec imerito. credit.n. q; saluator oi
um ipe q̃tũ dat itelligi p se totus festiuus
occurrit ⁊ cuz gaudio eaz secuz i throno col
locauit: hec Iero⁹. Quintũ qõ occurrit in
vginis trãsitu fuit iudeor psecutio: naz vt
spũ tradidit vgo scitissima dixit aplis dñs
cor⁹ vginis mris in vallẽ iosaphat defer
te ⁊ i monumẽto nouo qõ ibidẽ inuenietis il
lud recondite: ⁊ me ibidẽ triduo donec ad
vos redeã expectate. Statiq; apli corpus
cũ laudib⁹ suscepẽrũt dñs vo pheretrum ⁊
apostolos nubẽ pterit itaq; ipi ñ videbãt q̃
tũ vox audiebãt. Affuerũt ⁊ angeli cũ apo
stolis ꝓcinẽtes ⁊ terrã totã sonitu mire suã
uitatis replẽtes. Excitati oẽs ad tã dulcez
melodiã ꝺ ciuitate veloci⁹ exeũt ⁊ qdnam
hoc sit diligẽti⁹ scisitant. Tũc extitit q di
ceret mariã illã mrez iesu efferũt discipuli
mortuã: tũc oẽs ad arma ꝓcurrũt ⁊ se mu
tuo hortant dicẽtes. Venite ⁊ oẽs discipu
los occidam⁹ ac illꝺ cor⁹ qꝺ seductorem
portauit ignib⁹ ꝺburam⁹. Priceps aũt sa
cerdotuz hec vidẽs obstupuit ⁊ ira replet⁹
ait. Ecce tabernaculũ illi⁹ q nos ⁊ gen⁹ nr̃z
ꝓturbauit q̃lẽ gloriaz nũc accepit: ⁊ hoc di
cẽs man⁹ ad pheretr misit volẽs illũ euer
tere. Tũc man⁹ ei⁹ ambe subito aruerũt ⁊
pheretro adheserũt ita vt ad pheretr ma
nib⁹ pẽderet ⁊ nimio cruciatu vexat⁹ lamẽ
tabilit eiularet. Reliqu⁹ ãt popul⁹ ab ange
lis q̃ erãt i nubib⁹ cecitate pcussus ẽ. Prin
ceps vo sacerdotũ clamabat dicẽs. Sãcte
petre i hac tribulatiõe me ñ despiciat. Qui
petr⁹. Si i dñm iesuz ⁊ hãc q̃ ipm porta
uit, credideris sanitatis bñficio potieris.
Qui rñdit. Credo dñm iesuz vez ẽ filiuz

dei: ⁊ hanc sacratissimaz matrem eius: sta
timqz a pheretro fuerunt manus eius solu
te: sicqz ⁊ ceteri q fuerant cecitate pcussi in
xpm ⁊ matrez credentes lumē recuperarāt.
¶ Sextū qđ occurrit in virginis trāsitu fu
it corporis sepelitio: Sepelierunt qdē apo
stoli corp⁹ illud scitissimuz iuxta mandatuz
dñi. Sup hoc ita scribit Hiero⁹ ad paulaz
⁊ eustochiū. Mōstrāt sepulchr⁹ ei⁹ cernēti
b⁹ uobis vsqz ad pſens in vallis iosaphat
medio: q̄ vallis est intra mōtez ſyon ⁊ mō
tez oliueti posita quā ⁊ tu o paula oculis cō
speristi: vbi in ei⁹ honore fabricata ē eccle
sia miro lapideo tabulatu i q̄ sepulta fuisse
vt scire potestis ab oībus ibidez hītantib⁹
predicāt. Sed nunc vacuū esse mausoleū
cernentibus ostenditur: Hec Hiero⁹.

¶ Qui gloria vginis excedit gloriā quorū
cunqz beatorum angelorum ⁊ hominum
xpo dūtaxat excepto. Capitulum.ij.

Decūdū qđ fecit ds magnū i vgine bñ
dicta dī glorificatiōis. Mirz certe q
gloria vni⁹ puelle supet oim btōz ⁊ angelo
rū ⁊ hoim pēminētiā. Ideo Hiero⁹ vbi.s.
ait. Hec ē dies in q̄ vsqz ad throni celsitu
dinē itemerata mr̄ ⁊ vgo pcessit: atqz i re
gni solio sublimata p⁹ xpm gloriosa resedit
Sic itaqz vbiqz pfidenter sctā dei canit eccle
sia: qđ de nullo alio sctōz phas est credere
vt vltra āgelorz vl archāgelorz merita trās
cēderit: hec Hiero⁹. Quāta vo sit gloria vgi
nis i celo qnqz Illius dignitates declarāt.
Prima dicit maternitatis.
Secunda charitatis.
Tertia tranquillitatis.
Quarta capacitatis. ¶ Quinta vnitatis.
¶ Prima dignitas virginis dī mr̄nitatis
Maiorz nāqz est excellētia vginis q̄ sit mr̄
dei q̄z sit dña creaturarz dei. hoc.n. ōpēdet
ab illo sic ramus a sua radice. Ergo certitu
dinaliter tenēdū est: q̄ ipa est sup oēs ordines
angelorz: tāq̄ p se ipleta ⁊ ptinens vnuz in
tegrz ac totalez statuz: cui q̄z rectā rōnez al
tera pſona pgruere nō pōt: qr ipse status. ex
sui rōne pp incōicabilez dignitatem exigit
vnitutē. Sicut.n. nullatenus decet plures
ee xpos: nec deuz plures hoies. Sic nullo
mō decet dei filiū nisi vnā solā mr̄m natu
ralē hr̄e. Itē rō naturalis aptet ac directe dī
ctat: q̄ mr̄ regis oim ē i sede regia sup oēs
ordies mistrorz ⁊ militū collocāda. vñ qr ē
electa i mr̄ez: ē electa ad dignitatē excedēn
tē dignitatē mistrorz ac famulorz. Quia vo
rō mr̄ni amoris ē q̄ ferr̄ i deū vtā suū filiuz
realē: a nullo alio affectu cuiascūqz q ñ ē rea
lit mr̄ dei: pterq̄z ab ipa nunq̄z participari
pōt. Hā vt dr̄ ad hebreos.i.ca. Sicut filiꝰ
dei xps sedet ad dexterā maiestatis i excel
sis: tāto melior angelis effect⁹ q̄zto differē
ti⁹ pre illis nom̄ hereditauit: qđ nom̄ ē: vt
sit vere ds p gr̄az vniōis. Sic ⁊ mat dñi ie
su gloriosa tāto melior angelis effecta q̄zto
pre oib⁹ creaturis hereditauit vt obtine
ret dignissime mr̄is nom̄. Vñ ppheta ait.
Eleuata ē magnificētia tua sup celos deus:
magnificētia.n. dei facta ē vgo maria. Hāc
sic i pma ꝓditōe magnificat⁹ ē de⁹ qr ō nihi
lo tā sublime vniuersuz ⁊ tā sublimes ange
los ꝓdidit. Sic quoqz i repatōe ñ min⁹ ma
gnificatus ē: qr de hūana nā ifecta pdita ⁊
dānata xpm hoiez ppagauit: ⁊ de mulieb̄ri
sexu i ordine rōnabiliū ꝛz cōez curruz i filio
⁊ mr̄m sibi dedit ⁊ toti celesti curie. ¶ Se
cūda excellētia vginis q̄ magnā ei⁹ gloriaz
mōstrat: charitas nūcupat. Oēs nēpe ordi
nes ⁊ stat⁹ glorie pncipaliter distinguūt ꝛz su
periores ⁊ iferiores rōnes diuini amoris.
Hō.n.i oi rōne charitatis distingui possūt
cū oēs participēt illā: nec p aliquā rōnez q̄
ñ sit rō diuini amoris pōt vnus sup alteruz
i maiori ꝓpinquitate seu vicinitate ad deuz
supcollocari. Matern⁹ q̄ amor incōpabiliter
trāscendere dz oēs alias rōnes amoris in
deū: pter illā q̄ est in aia xpi: q̄. s. ferr̄ realiter i
deū tanq̄z in pſonā ppriā. ¶ Tertia vginis
excellētia magnitudinē glorie ei⁹ ondens:
tranquillitas noiat. Xpi.n. aspectus filialis
ad matrez singularissim⁹ ac amorosissim⁹
⁊ transcēdētissim⁹ esse debet: ita q̄ totā ce
lestē curiā simul sumptā pter mr̄m ñ dz as
picere sub tali reuerētia nec sub ordine ta
lis aspect⁹ seu amoris. Quanto āt dei aspe
ct⁹ altius ferr̄ i aliquē btōz: tāto fortius ⁊
altius se p btitudinē ipi mittit illi: ⁊ tāto altī
us conspicit ⁊ suspicit ac acceptatur ab eo.
Igit iexplicabile ē sub quāta altitudine: la-

in eo q̄ accepit neq; i eo q̄ nō recepit meritū aut p̄cesserit aut existat vt sibi p̄fata perunia donet. Sic ⁊ de⁹ bonitate sua diuersa atq; disparia creaturis ꝓtulit dona: sine ꝓsonax acceptiōe. Quare ät excellēti⁹ ꝓdiderit angelos q̄z hoīes: hoīes q̄z bruta: leones q̄z formicas: aglas q̄z passeres ⁊ filia: nō itereſt nr̄a diiudicare: ſz poti⁹ mltimodā sapiaz illi⁹ extollere: bonitatēq; affluentissimā cōmēdare. ¶ Scōz dubiū fuit vtr̄ xp̄s magis dilexit ioānē q̄z petr̄. Et q̄ sic. p̄z ex ꝓdictis Tñ possz qs obijcere q̄ deus illos magis diligit q ipz magis diligūt: ſz petr⁹ magis diligebat xp̄z q̄z ioānes. vñ Joānis ca. xxi. dixit iesus petro. Simon ioānis diligis me pl⁹ bis. Nō nō sic quereret dñs nisi sciret q̄ petr⁹ pl⁹ ceteris ipsuz amaret: vt dic̄ glosa. ḡ vr̄ q̄ xp̄s magis debuit petr̄ diligere q̄z ioannē. Ad hoc rñdet Bonauētu. di. xxxij. tertij libri. Nō hic ē triplex mod⁹ dicendi quox vnus facit ad explicationez alterius. Prim⁹ est ꝑm Augustinū sup Joānez. viij. ait. q̄ est dilectio in signo exteriori ⁊ in effectu interiori. Si loquamur ō dilectione in signo exteriori magis diligebat xp̄s ioānē q̄: maiorē ei familiaritatē exhibebat. Si vo loq̄mur de dilectione q̄tum ad interiorē effectū q est effect⁹ gr̄e: sic magis diligebat petr̄: q̄: mai⁹ mun⁹ gr̄e illi ō derat. Et si tu obijcias. q̄ de⁹ illi debebat maiora sig̃ dilectiōs ēndere quē magis diligebat ꝑz veritatē. Rñdet Aug⁹ q̄ p ioānē ⁊ petr̄ significat duplex vita. p petr̄ actiua q̄ trāsit p ioānē ꝓtemplatiua q̄ manet. Vñ petro dictū ē. Seq̄re me. de ioāne vo dī Sic eū volo manere. Et q̄ñ actiua laboriosior ⁊ fructuosior. Cōtēplatiua vo purior ⁊ iocūdior ad significādā dr̄az hui⁹ duplicis vite familiari⁹ se exhibebat dñs ioāni q̄z petro. In cui⁹ rei signū cōmisit ei matrē custodiē dā: petro vo pastoralē curā. Et ex hoc dicit Aug⁹ q̄ petr⁹ erat melior: ſz ioānes felicior. Alli⁹ ē mod⁹ dicēdi ꝑz Bernardū. q̄ petrus dilexit seruēti⁹ ⁊ diligebat fort⁹. Joannes vo diligebat dulci⁹ ⁊ diligebat familiari⁹. Terti⁹ vo mod⁹ dicēdi est. q̄ petr⁹ magis diligebat deū i primis. Joānes magis i se Vñ petr⁹ accepit curā regiminis. ioannes gr̄az ꝓtēplationis. Ideo ꝓ petr⁹ efficaciorē habuit gr̄am ad laborez actionis: ioannes efficaciorem ad gratiaz contemplationis. ¶ Tertiū dubiū fuit vtrū xp̄s debuit ita intense diligere ioannez. Ad q̄ rñdemus q̄ tria cōcurrerunt in ioanne que illum adeo amabilem xp̄o fecerunt.

Primum fuit etas.

Secundum virginitas.

Tertium amabilitas.

Primū q̄ fuit i ioāne quo xp̄s illū dilexit amore p̄cipuo fuit etas. Secut⁹. n. fuit saluatorē oim i etate tenera. Vñ ꝛ Hiero⁹ dicat ad paulā de dormitiōe Blesille. Nūq; ē sera q̄uersio. Et Seneca i tragedijs: nūq; sera ē ad bonos mores via. Tñ res ē ad modū gratissima deo hoiq; satis vtillima ab ieūte ⁊ adolescēti etate bñ beateq; viuere. Ideo Trenox. i. ca. Jeremias ait. Bonū ē viro cū portauerit iugū ab adolescētia sua. Sicut ioānes dū eēt adolescens vocatus a xp̄o cū iacobo suo fr̄e reliquit oia ⁊ illū ptin⁹ fuit secut⁹. Sciēdū tñ i hac pte q̄ triplex fuit vocatio ioānis ꝑz Micho. de lira in p̄logo i Joāne. Primo q̄ñ vocat⁹ fuit ad xp̄i noticiā aliq̄lē. Scripsit nā ipe. i. ca. Erat ät andreas fr̄ simonis petri vn⁹ ex duob⁹ qui audierāt a ioāne ⁊ secuti fuerūt eū. s. xp̄m. Nomen itaq; alteri⁹ discipuli tacuit: quia mos est scribētiū tacere. p̄p̄ria laudes. ⁊ de se sicut de alio loqui: qđ ioānes vt p̄z in plerisq; locis discipulū se tñ noīando obseruauit: ita ⁊ hic nomen suū nō exp̄essit: tñ pbabiliter credit q̄ ipsemet fuerit cuz andrea: q̄: circūstātias loci ⁊ tpis describit q̄ñ oia p̄ntialiter vidit. Scōa vocatio fuit ad xp̄i familiaritatē. de q̄ sic scribit Hiero⁹ in p̄logo i Joānē. Hic est ioānes euāgelista vn⁹ ex duodecim discipulis dei qui virgo elect⁹ est a deo: quē de nuptijs volentem nubere vocauit dñs. Nuptie iste fuerunt ꝑm cōmunē opinionē vt refert Micho. de lira. ille ō quib⁹ fit mentio Joannis. ij. ca. q̄ facte est i chana galilee: qđ probabile est. tum q̄: nō legit xp̄m alijs nuptijs iterfuisse. tñ q̄: mr̄ iesu erat ibi tanq̄ in nuptijs nepotis sui. Tertia vocatio fuit ad ap̄latum: q̄ñ vt dī Matth. iiij. ca. Relictis rhetib⁹ ⁊ patre p⁹

xp̃z cũ fratre suo iacobo abijt. ¶ Scdz qd̃ fuit in ioãne q̃re ⁊ xp̃s illũ singulariter dilexit fuit eius virginitas: hanc qppe xp̃s summe colit ⁊ amat maxime propter tria.
Primo propter similitudinem.
Secundo propter magnitudinem.
Tertio propter pulchritudinem.
Primo diligit xp̃s virginitatẽ pp sil'itudinẽ. Est qppe similitudo amicitie causatiua Ideo oẽ aial diligit sil'ile sibi. virginitas v̄o singulariter effulsit in xp̃o ⁊ in matre ei⁹ v̄gine bñdicta: quare ⁊ virgines amat. Propter qd̃ Hiero⁹ ad filiã mauricij de cõmẽdatione virginitatis ita scribit. Ut v̄ginitatis meritũ pateat ⁊ q̃ digna sit deo mãifesti⁹ possit intelligi illd̃ recogitet̃ q dñs ⁊ saluator noster cũ pp humani generis salutez hoĩem dignaret̃ accipere: nõ aliũ q̃z v̄ginalem elegit vtez: virginez habuit matrẽ: v̄go mansur⁹ in se viris: ⁊ in matre feminis v̄ginitatis p̃buit exẽplũ: hec ille. Scdo diligit de⁹ virginitatez pp magnitudinez. Est qppe virginitas ipsa op⁹ magnũ ⁊ arduũ: iõ virgines amorez oñdunt ad xp̃m ardentissimũ: dum rem tam grandẽ ꝓ ipso aggredinnt̃. Ideo Hiero⁹ ad sacras v̄gines de ꝯtinentia virginali ait. Grande est ⁊ ĩmortale ⁊ pene vltra naturã corporeã supare luxuriã ⁊ ꝯcupiscentie flammaz adolescentie facib⁹ estuantẽ. animi virtute restringere: viuereqz ꝯ humani generis legem. despicere coniugij solatia: dulcedinẽ ꝯtemnere liberoꝝ: ⁊ q̃cũqz p̃ntis vi te cõmoda st̃ ꝓnihilo spe future beatitudinis cõputare. hec Hiero⁹. Tertio diligit xp̃s v̄ginitatẽ ꝓpter pulchritudinẽ. Ip̃a nãqz pulchrã ⁊ decoraz facit aĩam. Ob qd̃ ecclesia cãtat. O q̃z pulchra ẽ casta generatio cũ claritate. ¶ Tertiũ qd̃ fuit i btõ ioãne cã vt diligeret̃ a xp̃o amabilitas nũcupat̃. Amauit ip̃e xp̃z plusq̃z oĩa tp̃alia bona: plusq̃z patrẽ: ĩmo plusq̃z seipsuz qd̃ oñdit qñ cũctis dimissis ipsuz solũ hr̃e voluit p̃rez dñm ⁊ magistꝝ. Inqt nãqz Seneca ad Lucillũ. Si vis amari: ama Et Marcialis coc⁹. Miraris q null⁹ amette Ceciliane: iõ: qꝛ amas nullũ: dilige car⁹ eris. decipiunt̃ ꝓfecto hi q a xp̃i amore st̃ penit⁹ alieni. ⁊ p̃sumũt aspirare ad illã felicitatez: q̃ ñ nisi diligẽtib⁹ ip̃z ẽ repromissa.
¶ Qualiter xp̃s oñdit amorẽ suũ ioãni conuersando secũ familiarit̃ atqz exalatãdo illũ ⁊ cõmẽdãdo sibi v̄ginẽ mr̃ez. Cap̃.ij.

SEcũdũ mysteriũ cõtẽplãdũ de amore quo xp̃s ioannẽ dilexit dr̃ ostensionis In multis nanqz ostendit xp̃s se ioannem diligere: ⁊ precipue in tribus.
Primo in conuersatione.
Secundo in exaltatione.
Tertio in recommendatione.
¶ Primo oñdit xp̃s ioãnẽ se diligere in cõuersatione familiari atqz benigna. Ipsum nanqz hr̃e voluit cũ petro ⁊ iacobo in resuscitatõe puelle. vt scribit̃ Marci. v. ca. Ipsuz cũ p̃fatis duxit i mõtẽ Thabor. vbi trãsfigurat⁹ ẽ. vt pz Matthei. xvij. Ipsuz etiã ac petꝝ ⁊ iacobuz hr̃e voluit in sua scietate dũ ad orandũ ĩminente passiõe ꝓcessit. vt dr̃ Matthei. xxvi. ca. Ipsuz deniqz in cena ꝑmissit recũbere supra pect⁹ suũ sacratissimũ. vt asserit euãgl'iũ sui ca. xiij. ¶ Scdo oñdit xp̃s ioannẽ se diligere in exaltatione Cãtat nãqz eccl'ia de ipso in epl'a p̃ntis solẽnitatis illd̃ qd̃ scribit̃ Ecclesiastici. xv. ca. Exaltauit illũ apud ꝓximos suos. Naz vt ait paulus ad Ephesios. iiij. ca. Xp̃s dedit quosdã qdẽ apl'os: quosdam autem ꝓphetas: alios v̄o euangelistas: alios autem pastores ⁊ doctores ad ꝯsũmationem sanctorũ in op⁹ ministerij. in edificationẽ corpis xp̃i. Sz ioãnes fuit apl'us cuz apl'is vn⁹ ex duodeciz. sic notat̃ Matthei. x. ca. Fuit virgo cũ v̄ginib⁹ vt p̃dictũ est. Fuit ꝓpheta cũ ꝓphetis. Uñ Hiero⁹ ꝯ Iouinianũ li. i. ait. Uidit in pathmos iusula in q̃ fuerat a Domitiano p̃ncipe ob dñi testimoniũ relegat⁹ apocalipsim infinita futuroꝝ mysteria continentẽ Apocalipsis idẽ est q reuelatio qꝛ ibi prophetico lumine scripsit ea que futura erant: prout sibi fuerunt diuinitus reuelata. De hoc ꝓpterea Apocalipsis. i. ca. ip̃e inqt. Beatus q legit ⁊ qui audit verba ꝓphetie hui⁹ ⁊ seruat ea que in ea scripta st̃ De hoc Hiero⁹ i ꝓlogo i Apocalipsim ait Cũ pp v̄bũ dei ⁊ testimoniũ iesu xp̃i ioãnes exilio i pathmos ĩsulã portaret̃: illic ab eodẽ apocalipsis preostensa describitur. vt si

cut in p̃ncipio canoñis.i.libri geneseos i cor
ruptibile est principiũ prenotatũ: ita ẽt incor
ruptibilis finis p v̄ginẽ in apocalipsi redde/
ret dicens. Ego suz alpha ⁊ o: initiũ ⁊ finis
Et in epl̄a ad paulinum Hiero⁹ ita scribit.
Apocalipsis ioannis tot hz sacramẽta quot
verba: paꝝ dixi: ⁊ p merito voluminis la⁹
oĩs inferior est. In singulis.n. v̄bis multipli
ces latẽt intelligentie. Fuit ioãnes cũ docto
rib⁹ doctor: p̃dicãdo ⁊ scribendo epl̄as ca/
nonicas. Et vocant canõice ꝫ Beltrandũ
i. vniuersales: qꝛ vniuersalẽ eccl̄iã instruũt
Nõ.n. fuerũt misse ad aliq̃s p̃ticulares ec/
clesias. sic epl̄e pauli. Vel vocant canõice
i. regulares: qꝛ fidem ⁊ mores astruunt. Fuit
martyr cũ martyrib⁹. Nã de Epheso duct⁹
ẽ romã ligatus ⁊ ibi flagellatus ⁊ tonsus añ
portã latinã missus fuit i doliũ feruẽtis olei
pp qđ tanq̃z de ipsius martyrio festũ facit ec
clesia sexta die Maij: lz de dolio sanus exi/
uerit ⁊ illesus. Et quãq̃z martyriũ morte p̃fi
ciat: nihilominus volũtarie ⁊ p̃mpto aĩo io
ãnes ea p̃tulit q̃ nãliter solent inferre mortẽ
a q̃ preseruatus fuit diuino miraculo. Pre
terea exiliuz est mors quedaz ciuilis vt dicit
Nicho. de lira sup. xx. ca. Matth. Et vt le/
git in ecclesiastica historia. Joãnes fuit i pa
thmos insulã relegatus ⁊ metallo dãnatus:
vt ibi forsitan secreta marmoꝝ vel terram
foderet: aut alijs silibus deseruiret. vt ait
Aymo sup Apocalipsiz. Qđ ãt vere fuerit
martyr ꝯfirmari põt ex v̄bo xp̃i Matth. xx.
ca. dicentis ad iacobũ ⁊ ioãnẽ. Calicẽ q̃dez
meũ bibetis. vbi amaritudo passionis desi
gnat. Fuit adhuc beatissimus ioãnes cum
euãgelistis euãgelista figuratus in Ezechi/
ele p aquilaz. q̃m sic aq̃la est ceteris auibus
acutioris visus: ita ipse i diuinis maius lu/
mẽ itellectus accepit q̃z ceteri. Quare đ ip̃o
Aug⁹ ait. Si altiu itonuissz totus mũdus
eũ nõ intellexisset. Et Gregorius sup Eze/
chielẽ. Joãnes per hoc q̃ in p̃ncipo verbũ
vidit etiam semetipsum trãsiit. Si.n. se uõ
transisset v̄bũ in principio nõ vidisset Ipse
nãq̃z ineffabilẽ illã verbi diuini generatio
nẽ expressit cũ dixit. In p̃ncipio erat verbũ
Que v̄o in eius euãgelio mirãda cõtineant
longũ esset retexere. ideo illa i hoc loco pre
termittim⁹. tm̃ ꝯcludimus q̃ ioannis eua
geliũ alijs merito ẽ p̃ferenduz. Ideo Aug⁹
li. x. de ciui. dei ca. xxix. ait. Initiũ scti euan
gelij cui nomẽ ꝫ ioannẽ. q̃dã platonicus si
cut a sãcto sene simplicião: q̃ postea medio
lanẽsi ecclesie presedit ep̃s: solebam⁹ audi/
re aureis lr̃is conscribẽdũ: ⁊ p oẽs ecclesias
i locis eminẽtissimis p̃ponẽdũ eẽ dicebat.
¶ Tertio xp̃s oñdit se diligere ioãnẽ in re/
cõmẽdatiõe. dũ.n. pendebat in cruce ⁊ ma
trẽ illaz pijssimã querelantẽ audiret: inspi/
ceretq̃z mestaz ⁊ lachrymantẽ dixit illi. O
mulier ecce filius tu⁹. deinde discipulũ ioã
nẽ est allocut⁹. Ecce inq̃t mater tua. O sin/
gulare donũ: de quo Ambrosi⁹ ait. Auctor
humani generis i cruce pẽdẽs pietatis of/
ficia diuidebat. Persecutionẽ apl̄is: pacez
discipulis: corp⁹ iudeis: p̃ri spm̃: virgini pa
ranimphũ: latroni paradisum: pctõrib⁹ in/
fernũ. xp̃ianis penitentibus veniã legauit.
Et Crisosto. in sermone de passione. Tu o
ioãnes sancte ad hoc eligeris vt ministres
⁊ obsequaris marie ea dilectione qua fili⁹
ea obedientia q̃ discipulus: ea subiectione
qua minister ⁊ famulus: petro cõmendat
ecclesia: tibi maria: illi tumultuosa negotia
tibi pacifice ⁊ q̃eta. Et petrus Damian⁹ in
quodã sermone. Cõmiserat dñs petro cla/
ues ecclesie: delegauit ioãni custodiaz ma
rie Maria mr̃ xp̃i: Ecclesia mr̃ xp̃ianoruz
dicit dñs petro. Tibi dabo claues regni ce
loꝝ Nunq̃d beata maria celũ nõ fuit in cu/
i⁹ vtero tota diuinitatis plenitudo p̃mãsit
Hic archãgelo gabrieli ad custodiã matris
dñi soci⁹ est dat⁹: vt ⁊ ille intactam virgi/
nez inuisibiliter custodiret: ⁊ iste forinsec⁹
fragilitati feminee obedientie sue ministe
rium exhiberet. Quantoq̃z familiarior cuz
matre verbi conuersatur: tanto vicinior v̄
bo inuenitur. Et q̃m ab ipsa veritate ma/
rie dictus est filius: quadaz speciali gratia
frater est saluatoris: hec ille.
¶ Qualiter ioannes miraculis coruscauit
⁊ quid tenẽdum: an sit mortuus: qui tamẽ
in celo est gloriosus. Capitulum. iij.

Tertiũ mysteriũ ꝯtẽplãdum de amore
quo xp̃s ioãnẽ dilexit: dr̃ conclusionis
In fine amor ille iesu xp̃i cõclusus, ac termi

natus est p̄cipue in tribus.
Primo in miraculosa cōsuscatione.
Secundo in felici consummatione.
Tertio in superna glorificatione.

¶ Primo qdē amor xp̄i ad ioānē exhibit⁹ cōclusus fuit in miraculosa cōsuscatiōe: ꝫ plurimis.n.signis ⁊ miraculis claruit Rome vt p̄dictū ē posit⁹ in dolio feruētis olei diuino miraculo illesus seruat⁹ est nō tm̄ p̄ pterea nō meruit cōronā martyrij. Unde Aug⁹ in li. de nuptijs ⁊ concupiscētia ingt. Nō ipar meritū est in ioāne q nō est passus ⁊ in petro q passionē sustinuit: post occasionē Domitiani dum ab insula pathmos rediit epheſiz: Drusianā deuotissimā dñaz q̄ nr̄ erat paupex ⁊ ioannis hospita: reperit mortuā ⁊ in pheretro positā ꝫ deferebant vt sepelirēt. depositō vō pheretro dixit illi Dñs mex iel⁹ xp̄s suscitet te drusiana. Surge ⁊ vade i domū tuā ⁊ para mihi refectionē: statim illa surrexit ita vt sibi videret q̄ de somno excitasset eā. Ibi Cratonē p̄bum ⁊ duos ditissimos iuuenes ꝙuertit ad xp̄m viso miraculo q̄ gēme q̄ sparse erāt i pulue re ſoꝛāte apl̄o fuerūt reitegrate. Ibi iuuenē q mortu⁹ efferebat: ad p̄ces matris suscitauit a mortuis. Drāte apl̄o tēplū diane a quo oēs exierāt: corruit. ⁊ diane imago penit⁹ destructa fuit. Uenenū sibi ꝑpinatū ab Aristodemo ydoloꝝ pōtifice: qō ⁊ duos bibētes pri⁹ extinxerat facto signo crucis absq̄ aliquo nocumēto bibit illosq̄ mortuos oꝛione sua ⁊ tunica ei⁹ ab Aristodemo super corpa posita reuocauit ad vitā. Hec ⁊ alia plurima fecit vt lati⁹ scribit in Eccliastica hiſtoria: ēt vt narrat Jſido⁹ i li. ō vita ⁊ obitu sctōꝝ: ḡre asiaz ecclīs repleuit: ⁊ pplos ad fidē xp̄i ꝙuertit. ¶ Scōo amor xp̄i erga ioānē ꝛclusus fuit i felici ꝛſūmatiōe. Dū.n. senuisset in operib⁹ bonis essetq̄ ānoꝝ nonagintanouē: āno vz imperij Traiani scōo apparuit ei dñs dicēs. Ueni dilecte mi ad me: qz tps est vt in mensa mea cū tuis fratrib⁹ epuleris: dñica itaq̄ veniēte die vniuersus ppl̄s ꝙuenit in ecclia q̄ fuerat ipſius noīe fabricata: g a p̄mo pulloꝝ cātu p̄dicauit: hortās oēs vt in fide essent stabiles ⁊ i mādatis dei feruētes. Post hec foueā quadratā iuxta altare fieri fecit ⁊ terrā ex eccl'i am iactari: descēdēsq̄ i foueā expānis ad ō uz māib⁹ dixit. Inuitat⁹ ad ꝙuiuiū tuū dñe iesu: ecce venio grāf agēs qz dignat⁹ es me ad tuas epulas inuitare. Cūq̄ oꝛonē finisset tāta lux sup eū emicuit vt null⁹ in eū respicere potuit. Recedēte āt lumine nil aliō iuentū ē nisi māna. Exquo pleriq̄ dubitare solēt vtr̄ ioānes fuit mortu⁹. Et qdā dicūt q̄ nō: ſz qō trāslat⁹ fuerit simul cū aia ⁊ coꝛpoꝛe ad empirreū celū ⁊ gloriā btōꝝ sic ēt si nō peccasset Adā fuissent absq̄ morte trāslati hoies cū aia simul ⁊ coꝛpoꝛe ad celestez ilā patriā. Sz hec opinio ideo vr̄ stare non posse: qz xp̄s adhuc vginē matrē a lege mortis excipe noluit: cū statutū sit hoib⁹ semel mori. Alij vō opinant ipſz in paradisuz terrestrē trāslatū eē. Tpe vō antixp̄i inde educet ⁊ fideles ꝓfirmās ac eis p̄dicās ab ipso ātixp̄o occidet. Unū Theophil⁹ dic̄ xp̄m negauit iobē moriturū. Nā qcqd oꝛit moriet Sed dixit volo eū mānere vsq̄ ad finē mūdi: ⁊ tunc p̄ me martyriū patiet. Nōnulli vō tenent eū eē defunctū ⁊ aiam ei⁹ cū ceteris apl̄is i celestib⁹ regnis gaudere cū xp̄o. Coꝛp⁹ vō ei⁹ in loco quidē hoib⁹ ignoto: ꝺo ant cognito reseruari. Sic de moysi coꝛpe credēdū ē. Pōt qdē de⁹ in aliquo sibi noto loco nobis ānt ignoto: aut p̄ angeloꝝ ministeriū: aut p̄ aliū modū coꝛpoꝛi dilecti sui exhibere bonoꝛē put decet tm̄ suū dilectū hre. Quare āt diuina ꝓuidētia coꝛp⁹ dilecti sui iudicauerit occultādū: nō ē nobis discutiē dū ſz inq̄ diuina secreta ꝓnumerādū. Sunt ⁊ alij q̄ dicūt ipſuz adhuc viuere ⁊ doꝛmīr latent sub terra: Ad q̄ mouent triplici rōe. Primo qz xp̄s dixit ō ipō: sic eū volo manere donec veniā. Exquo exijt sermo inf frēs q̄ discipl's ille nō moriet. Scōo aiunt isti q̄ ē simile ō moyse q̄ viuit sub terra: tū qz sepulchꝝ eius nō iuenit. Tum qz in trāsfiguratiōe xp̄i cū helia q̄ mortuus n̄ ē viuus apparuit. Tertio suā opinionē roboꝛāt qz in sepulchꝝo ioānis māna scaturire vr̄ ad modū arenule sicut i sōtib⁹ fieri ꝓsueuit qō cueniſ asserūt flatu ⁊ anhelitu doꝛmiētis. Sz ista fic opinātib⁹ obuiat Aug⁹ dicens. cur xp̄s ei⁹ discipło quē p̄ ceteris p̄ magno mune

re dilexit: tã longũ donauit somnũ cũ beatũ
petꝝ per ingentis martyrij gloriam onere
carnis absorbuerit: Ad verbũ aũt xp̃i sic eũ
volo manere dicit ꝙ intelligendũ est qꝛ io
annes nõ debebat seq xp̃z moriendo mor-
te violẽta. Ideo cũ dixisset Petro sequere
me. s. ꝑ martyriũ ad me venies. Petrꝰ in
terrogauit xp̃z de Joãne: hic aũt qd. At ie-
sꝰ dixit. Quid ad te: tu me seq̃re. Istũ sic vo
lo manere donec veniã: ñ ad iudiciũ: sꝫ ad
aĩaz eiꝰ ꝺ corpe educẽdã. Vñ i euãgelio scri
bit ñ dixit iesus nõ morit. De moyse falsuz
ẽ ꝙ viuat. Nã Deuterono. vltio. ca. scribit
Mortuꝰ ẽ moyses seruꝰ dñi in terra moab
iubẽte deo ⁊ sepeliuit eũ i valle terre moab
ꝯ fogor: ⁊ nõ cognouit hõ sepulchꝝ eiꝰ vsqꝫ
in p̃ntez diẽ. Moyses centũ viginti ãnoꝝ
erat qñ mortuꝰ ẽ: nõ caligauit oculꝰ eiꝰ: nec
dentes illiꝰ moti sũt. Fleueruntqꝫ eũ filij isrl̃i
cãpestribꝰ moab triginta diebꝰ. Et Josue
ca. j. scriptũ ẽ. Factũ ẽ vt post mortẽ Moy
si serui dei loqueret dñs ad Josue filiũ Nũ
ministꝝ Moysi ⁊ diceret ei. Moyses ser-
uꝰ meꝰ mortuꝰ est: surge ⁊ trãsi iordanẽ istũ
tu ⁊ oĩs populꝰ rc̃. Qualiter aũt apparuit i
transfiguratiõe xp̃i: diximꝰ plene in sermo
ne de ipsa transfiguratõe: ⁊ quare sepulchꝝ
eius absconditũ fuit scripsi in sermone de
blassemia in quadragesimali nostro ne. s.
iudei circa corpꝰ eius idolatriã exercerẽt.
De mãna ibi scaturiẽte dic̃ Augꝰ. ꝙ põt eẽ
a deo vt mors Joãnis sic p̃ciosa cõmẽdet.
Tenet itaqꝫ Augꝰ. ꝙ Joannes sit mortuꝰ ⁊
aĩa eiꝰ a suo corpe separata. Idẽ vr̃ sẽtire Hie
ronymꝰ q i ꝓlogo i Joãnẽ ait. Hic ẽ Joãnes
q sciens supuenisse diẽ recessus sui: ꝯuoca-
tis discipulis suis i epheso ꝑ multa signoꝝ
experimẽta ꝓmeus xp̃m: descendit i defos
sum sepulture sue locũ: factaqꝫ oratione po
sitꝰ est ad patres suos tã extraneus a dolo-
re mortis q̃ꝫ a corruptiõe carnis iuenit alie
nꝰ. Et si qs obstaret ꝙ i his v̄bis Hierony
mꝰ dicit Joãnẽ extraneũ a dolore mortis:
ergo videt ꝙ nõ sit mortuꝰ. Rñdemꝰ ꝙ nõ
ita sonant v̄ba Hieronymi. Nã in ꝓlogo in
apocalipsim idẽ ita scripsit. Hic ẽ Joannes
q sciẽs supuenisse sibi diez egressiõis de cor
pore: ꝯuocatis in epheso discipulis descen
dit in defossuz sepulture sue locũ: oratiõeqꝫ
cõpleta reddidit spm̃ tã a dolore mortis fa
ctꝰ extraneꝰ q̃ꝫ a corruptiõe carnis noscitur
alienꝰ. Dic̃ g̃ ꝙ sciuit supuenisse diẽ egressi
onis de corpe: ⁊ ꝙ reddidit spm̃: per q̃ v̄ba
expresse fatet illũ eẽ mortuũ. Jõ cuz asserit
cũ factũ extraneũ a dolore mortis: denotat
ꝙ i separatiõe aĩe a suo corpe nullũ sensit dolo
rem. Insup ⁊ ꝙ eiꝰ corpꝰ sit ab incineratõe
p̃seruatũ vl̃ abscõditũ icorruptũ vsqꝫ i diez
iudicij. Vl̃ vt magis pie credere possumꝰ
iteꝝ aĩe reunitũ atqꝫ ꝺlatũ ad celũ empirre
uz vbi cũ xp̃o ⁊ v̄gine mr̃e gl̃ia tã aĩe q̃ꝫ cor
poris gaudet. ¶ Tertio amor xp̃i ad Joan
nẽ ꝯclusus fuit i supna glorificatiõe. Sic. n.
magnũ fecit eũ meritis i eccl̃ia militãte: ita
magnificauit eũ i btã gloria. Sꝫ qꝛ illiꝰ mẽ
surã inuestigare nõ possumꝰ tm̃ id ꝯsidere-
mꝰ ꝙ beatissimi Joãnis gl̃ia p̃eminet ma
gnitudini ⁊ potẽtie quorũcũqꝫ regũ ⁊ ipera
toꝝ huiꝰ mũdi: qm̃ Joãnes i eternũ viuit
gloriosus cũ xp̃o: illoꝝ v̄o memoria perijt
cũ sonitu. Quidnã ampliꝰ de diuitijs: ꝺ de
litijs: de magnificẽtijs: ꝺ põpa: de famula-
tu de fama: ꝺ p̃stãtia illoꝝ ipatoꝝ q tpe. Jo
ãnis euãgeliste clarissimi fuerũt i orbe. O i
felix humana ꝯditio. O labilis hũane vite
decursus. Impauit Tiberiꝰ post Octauia-
nũ ãnis vigintitribꝰ: quo regnãte anno vt
puto qntodecimo sui iperij: Joãnes factꝰ ẽ
aplus xp̃i: ⁊ nihilominꝰ mortꝰ ẽ. Gayꝰ gal
li gula post ip̃z iperauit annis fere q̃ttuor ⁊
mortꝰ ẽ. Claudiꝰ successit huic ⁊ cũ iperassꝫ
annis fere quattuordeciz mortuꝰ est vene
no extinctꝰ fraude vxoris. Nero sumpsit
iperiũ regnauitqꝫ annis tredecim: mẽsibꝰ
octo: ⁊ seip̃z iterficiẽs mortuꝰ est. Galba il
li successit ⁊ dũ iperasset mensibꝰ septez ab
Ottone occisus mortuꝰ est. Otto inuasit i
periũ ⁊ metu vitellij se occidens mortuꝰ ẽ
Vitelliꝰ impare volẽs a militibꝰ Vespasia
ni pugnãdo occisus ẽ. Fuitqꝫ impiũ Galbe
Ottõis ⁊ Vitellij circit mẽses decẽ ⁊ octo
⁊ sicut p̃dictũ ẽ mortui sũt. Vespasianꝰ i im-
periũ sublimatꝰ cũ imperasset ãnis decem
mortuꝰ est. Titꝰ filius eiꝰ imperauit aonis
duobꝰ ⁊ mortuꝰ est. Domitianꝰ frater Ti
ti impauit ãnis qndecim: mensibꝰ quinqꝫ:

qui edificauit tẽplũ Pantheon:ꝛ Joãnem
i doliũ seruẽtis olei inssit põi. Anno xpi no-
nagesimosexto:tãdẽ a suis cubicularijs oc
cisꝰ ẽ. Merua secutꝰ ẽ q ipauit ãno vno:mẽ
sibꝰ q̃ttuoꝛ ꝛ moꝛtuꝰ ẽ. Traianꝰ ipiuꝫ suscepit ꝛ cũ regnassꝫ ãnis decẽ ꝛ nouẽ:ꝛ mẽsibꝰ
sex moꝛtuꝰ ẽ. Quid ex his remãsit nisi cine
res ꝛ vmes. Alt Joãnes vsq̃ ad scꝯ Traia
ni ãnũ ipauit vitijs vt ab eo discederẽt re-
gnauit i decoꝛe vtutũ:fuauit p̃cepta sui di-
lecti magr̃i:ꝓtẽplit mũduꝫ sp̃reuit terrena:
ꝛpalia queq̃ deiecit:tulit patiẽter aduersa.
Et tãdẽ i senectute bona migrauit ad celos
Jbi nũc fruit eterna pace. Jbi exultat cũ an
gelis sanctis. Jbi possidet oẽ bonuꝫ eiusq̃
memoꝛia facta ẽ sempiterna. Jbi deniq̃ p
suis deuotis iterpellaꝛ ñ cessat. Quẽ depꝛe
cemur oẽs vt p nobis intercedat apd̃ xp̃m
dñz oim ꝛ suã benignissimã mꝛez q̃ten ꝰ i b
seculo digni efficiamur gr̃a dei:ꝛ in futuro
britudinẽ illã possideam ꝰ q̃ est ipse deꝰ:qui
viuit ꝛ regnat in secula seculoꝛum. Amen.

¶ Sermo trigesimussextꝰ de sctõ Jacobo
maioꝛ filio Zebedei ꝛ fre Jobis euãgeliste.

IJdit alios duos
fres Jacobũ Zebedei ꝛ Joãnẽ
fꝛez eiꝰ i naui cũ Zebedeo pꝛie
coꝛ reficiẽtes retia sua ꝛ voca
uit eos. Scribunt hec vba oꝛigialit Mat-
thei.iiij.ca. Jn toto terraꝝ oꝛbe btissimus
aplus Jacobꝰ colit a cĩctis fidelibꝰ deuoti
one feruẽtissima: qñ fiẽ meritis apd̃ dñm
magnꝰ iuentꝰ ẽ:ita ei ꝰ pꝛociniũ exposcẽtibꝰ
benignꝰ ac liberalissimꝰ iuenit. Jpe ẽ q Ja-
cobus maioꝛ vocat fiẽ ꝛ alt minoꝛ qd̃ io sit
qꝛ p̃oꝛ illo a xp̃o vocatꝰ ẽ. Jnsup ad maioꝛẽ
familiaritatẽ admissus fuit vt p̃dictũ ẽ de
Joãne euãgelista:ꝛ iter aplos pꝛimꝰ marty
riuꝫ suscepit:celestẽq̃ regnuꝫ itrauit. Qua
p̃ ecclesia festũ illiꝰ soleniter celebꝛat:de-
cet nos ẽztũ possumꝰ cũ dei adiutoꝛio lau-
dibꝰ ei ꝰ ihistere quẽ iõ xps ad aplatũ assum
psit vt clꝛ fieret vtutibꝰ atq̃ signis. Qua
re de ipso i p̃nti sermõe dicemꝰ de quo tria
mysteria ꝓponimus contemplanda.
Primum dicit diabolice superationis.
Secundum virtuose tollerationis.
Tertium gratiose auxiliationis.

¶ Qualit btus Jacobꝰ supauit diabolicas
artes:ꝛ qũo p̃t diabolꝰ humana coꝛpa mo
lestare ꝛ visibiliter apparere ac transfigu-
rare se in angelũ lucis. Capitulum.i.

PRimũ mysteriũ ꝓtẽplãdũ ꝺ̃ btõ Jaco
bo dr̃i diabolice superatiõis. Mã diaboli
cas artes xp̃i virtute deuicit:vt.n.scribit.
Matth.x.ca. Cõuocatis iesus.xij. discipu
lis suis dedit illis ptãtẽ sp̃m imũdoꝝ vt ei
cerẽt eos:q̃liter ꝺ̃ Jacobꝰ demones expu
gnauit ex legẽda ip̃iꝰ colligere possumꝰ vbi
sic hẽtur. Post ascẽsionẽ dñi dũ Jacobꝰ p̃iu
deã ꝛ samariã p̃dicassꝫ i hispaniã tãdeꝫ ve-
nit:sꝫ dũ ibi nil p̃ficere se videret ꝛ tm̃ no-
uẽ ibi discipulos acq̃siuissꝫ duos ex illis cã p̃
eicãdi ibi reliqt:ꝛ alios septẽ secũ assumẽs
itex i iudeã abijt. Cũ ḡ ibi ꝰbũ dñi p̃dicaret
magꝰ gdã noie Hermogenes ad istantiaꝫ
phariseoꝝ discipulũ suũ noie Filetũ ad Ja-
cobũ misit vt ip̃z Filetꝰ coꝛã iudeis ꝓuince
ret q̃ sua p̃dicatio falsa ekt:at vbi ille Jaco
bũ vidit audiuitq̃ docẽtẽ atq̃ ispexit sig̃ ꝛ
miracula q̃ dñs faciebat p eũ coꝛde ꝓuictus
ad Hermogenẽ redijt ꝓtestãs se discipulũ
Jacobi velle fieri psuadẽs vt idẽ Hermo-
genes faceret. Sz ppea idignatꝰ Hermo-
genes arte sua magica ita eũ imobilez fecit
vt se nullatenꝰ mouere possz dicẽs. Vide-
bimꝰ si Jacobꝰ tuꝰ te saluet. Qd̃ cũ Filetus
Jacobo ꝓpuexꝝ nũciassꝫ:misit ad eũ Jacobꝰ
sudariũ suũ dicẽs. Accipiat sudariũ ꝛ dicat
dñs erigit elisos:dñs soluit ꝓditos. Sta
tiq̃ vt ꝺ̃ sudario tactꝰ ẽ solutꝰ a vinculis ma
gicis artibꝰ Hermogenis insultauit:ꝛ ad Ja
cobũ ꝓperauit. Jtex Hermogenes demo
nes aduocauit ꝓcipiẽs vt ip̃z Jacobũ victũ
cũ Fileto ad se adducãt. Qui venientes ad
Jacobũ i aere vllulare ceperũt dicẽtes. Ja
cobe aple miserere nobis qꝛ satis ardemꝰ
Misit nos Hermogenes ꝛ mor vt ad te ve
nimꝰ angelꝰ dr̃i nos molestare ñ cessat. Qui
bꝰ Jacobꝰ. Dimittat vos angelꝰ ꝛ ad Her
mogenẽ redite eñq̃ ad mẽ vinctũ adduci
te sz illesũ. Qd̃ illi ꝓtinꝰ cõpleuerũt vinctũ
q̃ adduxerũt ad Jacobũ: quẽ a Fileto fecit
exsolui:ñ finẽs diabolos illi nocere. Dixit-
q̃ illi:ꝓge quo vis ꝛ tua vtere libertate:qꝛ

nemo fuit? bñ agit. Alt ille mutat? in altez vitz veniã hũiliter postulauit. Acceptoqz p tꝛore demonũ baculo Jacobi prexit ad domũ ꝛ oẽs libꝛos artis magice ad aplm credmãdos addurit. Quos tñ Jacob? imare p iscifecꝫ. Itaqz Hermogenes de certo aplo ãdherẽs vtutib? plurimis flozuit. Propt ea q̃ dicta sñt tria dubia ð demõib? sñt apiẽda ¶ Primum vtrum demones possint humana cozpoza molestare.

Secõm vtz possint hoibus visibilit apparere. Tertiũ vtz peccet q adozat diabolu cũ se trãsfiguꝛat in angelum lucis.

¶ Ad pmũ dubiũ dicim?: q cũ pmittit ds pñt demões hũana cozpa mlstimode pturbare ẽt ꝛ mozte iferre. Nõ exẽplis clarissimis demõstram?. Scribit nãqz Thobie. vj. ca. q Sara fuit successiue tradita septẽ viris quos oẽs occidit demõiũ. Et Job. ij. ca. Egress? satbana facie dñi pcussit Job vlcere pessimo a plãta pedis vsqz ad vticẽ eiꝰ Et Matth. xv. ca. Filia chanãee male a ð monio uexabat. Et Matth. xvij. ca. Xps eiecit demõiũ a puero q lunatic? erat: ꝛ sepe cadebat ignẽ ꝛ crebro i aquã: ꝛ curat? ẽ puer ex illa hoꝛa. Et Luce. xj. ꝛ Matth. xij Erat iesus eiciẽs demoniũ ꝛ illõ erat mutũ: ꝛ cũ eiecisz demõiũ locut? ẽ mut?. Criso?. ait. Nõ demõ fecerat illũ hoiez mutuz surdũ: ꝛ cecũ. iõ demõe abiecto sanat? ẽ. i vitispatꝛ legit ð btõ Antõio. q dũ ꝛ quodã tumulo latitaret, mltitudo demonũ adeo illũ laceravit q a discipulo ei? qsi mortu? iuẽt? ẽ ab eoqz ide asportat? hũeris ppriis: cũ nocte ad se redisz a pfato discipulo ad eũdez locũ asportari se fecit. Qui cũ ex dolore pꝛostrat? iaceret ex vtute ai ad pflictũ demões ercitabat quẽ illi itez vberib? crudelissimis affecerũt. Tũc subito splendoꝛ maxim? ibi apparuit: ꝛ demões cũctos fugauit. Antoni? ãt ꝓtinuo sanat? ẽ. ibiqz xp̃z adesse itelligẽs ait. Ubi erasꝰ bone iesu: vbi eras? Quare a pncipio nõ affuisti vt me adiutares ꝛ vulnera mea sanares. Cui dñs: Antõi hic erã sz expectabã videre certũ tuũ. Hũc aũt ga virilit dimicasti i toto oꝛbe faciã te noiari. Se sctõ Dñico scriptũ ẽ i sua legenda q existẽte ipo Bononie cũ ffres iã ad dozmiẽ dũ iuissent: qdaz puersus a diabolo verari cepit: qõ cũ fr Raneri? lausanẽsis magꝛ ei? audisset: beato Dñico studuit idicare q ad eccliaz ante altare ipm poꝛtari pcepit: ꝛ vbi cũ vir a decẽ fratrib? fuisset adduct? btus Dñic? diabolo dixit. Adiuro te miser vt dicas mihi qre veras creaturaz dei ꝛ quo huc itrasti. Qui rñdit: vero illuz q heri bibit i ciuitate sine licẽtia nõ adhibito signo crucis. Nõ postmoduz cõptũ ẽ vez fuisse. Ad oꝛatiõez vo bti Dñici cãpana ad matutinũ pulsante: diabol? ab illo discessit. Refert Ambrosi? q passiõez beate Agnetis descripsit q fili? pfecti volẽs illi vim iferre ꝛ violẽter illã opprimere: pfocat? a diabolo expiravit. in vita ẽt sctoꝝ Simplicij Faustini ꝛ Beatricis hẽtur q Lucreti? pfect? q ip saz beatricẽ sozoꝛẽ Simplicij ꝛ Faustini ꝛe nuẽtẽ idolis imolare pcepit suffocari: a diabolo arrept? ꝛ p tres hoꝛas verat? mortu? est: De Zoꝛoastꝛe rege bactrianoꝝ q̃ nat? ẽ risit vt ait Solin? ꝛ Aug?. li. xxj. de ciui. dei. ꝛ magicas artes iuenit fm isidoꝝ li. ethimo. viij. sczaliquos tenek q lz bello fuerita Nino deuict?: tñ a demone quez ipoꝛtun? frequẽtabat occisus ẽ. Sufficiãt iã q̃ dicta sñt: ad intelligẽdũ q nisi dei manu potestas diabol arceatur: multimoda pot humãis coꝛpoꝛib? nocumẽta iferre. Qnqz vo sinit illuz de? talia facere vel ad sue glie manifestationez sicut euenit i illis q veratu suo noie ꝛ sctoꝝuz meritis liberanf. Uel ad bonoꝝ exercitationẽ atqz illoꝝ paciẽtie cõmẽdationẽ: sicut factuz ẽ in iob ꝛ Antonio. Uel ad iniquoꝝ vindictã ꝛ punitionẽ sicut ꝓtigit illis quos demoniũ iterfecit. Hã vt ingt Tho. pma pte. q. cxiiij. arti. j. demões ipugnant hoies dupliciter. Uno mõ inducẽdo ad peccatũ ꝛ sic nõ mittunf a deo sed aliqñ pmittunf scõm dei iusta iudicia. Alio qñ ipugnant hoies puniendo ꝛ sic ñ tñ permittunf: sz etiaz mittunf a deo: pena. n. referf in deuz sicut in primũ actoꝝ. Et tñ ð mones ad puniendũ missi alia intentione puniunt ꝙ mittunf. Hã ipi puniũt ex odio vel inuidia: mittunf aũt a deo pp eius iusticiaz. Et licet possint vt iaz tactũ est humana cozpoza ledere: non tamen tanta est illo

ruz potestas vt valeant corpis liniamēta i
mēbra brutoꝝ aīalium transformare: de q̄
materia plene dictuz ē in tractatu de timo
re iudicioꝝ dei in sermōe d̄ bello demonū
ꝛ hoim. ¶ Scdm dubiū fuit vtruz demo
nes possint hominibus visibiliter appare
re. Et ad hoc rn̄deo q̄ sinente deo apparēt
qn̄qz in assumptis corporibus: qd̄ etiaz ex
illis que dieb⁹ nostris euenerūt ꝓbare pos
sumus. Naz anno dn̄i. Mcccclxvij. dum
eraz apud Albēgaz in ꝓuincia ianue affui
examinationi quarundā mulieruz que ma
lefice putabant: audiuiqz ex ore illaꝝ qua
liter demōes familiares habebāt q̄ eis ap
parere ꝯsueuerūt in humana effigie ꝛ mul
ta verisimilia de eoꝝ cōmercio retulerunt
in ꝓuicia sancti Frācisci apud noceriā fuit
alia mulier Sātucia noie q̄ multa secreta
hoib⁹ reuelabat. Cōstruxerat v̄o sibi domū
culam extra cōem habitationē in p̄dio suo
i quo duo sui filij cōmorabāt in tētorijs vt
veniētib⁹ ad matrē venderēt vinū ꝛ alia
necessaria. Quidā āt rustic⁹ dū pecuniā i pā
no ligatā ꝑdidissz ad eā se ꝯtulit. ibiqz hos
pitat⁹ vt mane a Sātucia de sua pecunia i
formaret. Media nocte audiuit ex tuguri
uz Sātuciā cū alio loquētē: ille diabol⁹ erat
nā surrexit rustic⁹ ꝛ caute explorās q̄ nā hec
forēt: vidit Sātuciā denudataz: audiuitqz
illā dicētē: vbi ē pecunia hui⁹ rustici. Ad q̄
v̄ba audiuit diabolū rn̄dētē: lz illū oculis n̄
videret. Pecunia isti⁹ ē i vētre porci sui q̄
cecidit dū erat i stabulo ꝛ porcus ibi come
dēs cū alijs īmūdicijs illā deglutiuit: dicas
tn̄ ei qz vxor ei⁹ furata ē vt sic discordia se
minet iter vxorē ꝛ ipz. Stati rustic⁹ ide di
scessit ꝛ ꝯcito gressu ad ꝓpria festināſ porcū
suū interfecit: in cui⁹ visceribꝰ pecuniā per
ditā inuenit: deīde perusiū se ꝯtulit malefi
cā accusauit: q̄ ad iudiciū deducta: ꝛ d̄ suis
ꝯuicta scelerib⁹ igne crēata ē. ¶ Tertiū du
biū fuit vtꝝ peccet q adorat diaboluz cū se
trāsfigurat i angelū lucis. Ad qd̄ ita dic̄ dn̄s
Bonauē. in. iij. di. ix. ar. j. q. vj. q̄ honor la
trie pōt aduersario xp̄i dupliciter exhiberi:
aut simplicit aut sub ꝯditiōe. Si simplicit
dico q̄ nō pōt eē sine pctō: offert. n. cult⁹ la
trie alteri q̄z deo: ꝛ iō ē ibi pctm̄ idolatrie:
nec excusat rōne ignorantie. Hēt. n. hō tri
plex adiutoriū ꝑ qd̄ pōt errorem deuitare.
Primū ē remediū admonitiōis sacre scrip
ture q̄ dic̄ q̄ multi vēturi st̄ i noie xp̄i mēdaci
ter. Scdz ē remediū sctē orōnis q̄ ad deū d̄
bet hō recurrere vt cor ei⁹ illumiet. Tertiū
ē suspensio credulitatis sue. Nō. n. dz hō oī
spūi credere sz ꝓbare si ex deo st̄. Qui. n. ci
to credit i talib⁹ leuis ē corde: ꝛ fortassis in
flat⁹ i corde ad tales visiōes ꝛ reuelatiōes
idoneū se eē existiat: vn̄ tales apparitiōes
poti⁹ st̄ formidāde q̄z desiderāde. Narrat
eni de quodā sctō p̄re q̄ cū ei diabol⁹ in spe
cie xp̄i apparuissz: ille clausis oculis dixit se
i hac vita nolle xp̄z videre. Ad diabol⁹ ei⁹
humilitate ꝯfusus stati euanuit. Ecōtra de
plurib⁹ dz q̄ se ad visiones idoneos reputa
uerūt ꝛ desiderauerūt q̄ in multas īsanias
ꝛ errores p̄cipitati st̄. Et iō si simplicit ado
rat quis xp̄i aduersariū n̄ excusat a pctō ēt
si credat ipz eē xp̄z. Si etiā adoret sub ꝯdi
tiōe hoc pōt eē duplicit: aut qz ē illa ꝯditio
habitualiter aut actualit ꝯsiderata siue op
posita. Si actualiter sic n̄ adorat ipz lucife
rū: sz magis xp̄z qa nō stat orō nisi stāte ꝯdi
tiōe ꝛ ad euz refert adoratio ad quez refert
adoratiōis īpleto vel itētio. Si aūt illa ꝯdi
tio sit sub ꝯditiōe habituali h̄ mō nō sufficit
ad vitādū pecctū idolatrie respectu hui⁹ ap
paritiōis siue trāsfiguratiōis: sufficit tn̄ res
pectu sacr̄i altaris. Nā talis trāsfiguratio ē
insolita. Et ideo nō dz ad eā p̄cipitāter seq
adoratio: sz cū maturitate ꝛ p̄uia oratione.
Sz ꝯsecratio hostie ē consueta: iō sufficit q̄
adorās i habitu hāc habeat ꝯditionez vz si
consecratio sit debito mō facta. Vn̄ pauci
vl̄ nulli fideles in hac adoratione peccant.
Omnes enim accedunt cū cōditione ista.
¶ De felici martyrio btī iacobi ad qd̄ cō
currit sanitas paralitici ꝛ ꝯuersio iosie atqz
sepulture miraculosa dispositio. Cap. ij.

Secūdū mysteriū ꝯtēplādū de btō iaco
bo dicit virtuose tollerationis. Nā ꝓ
xp̄o martyriū capitis obtrūcatione sustinu
it circa qd̄ tria priuilegia consideremus.
Primū fuit paralitici sanatio.
Secundum iosie conuersio.
Tertium sepulture dispositio.

¶ Primũ p̃uilegiũ fuit paralitici sanatio. Cũ.n.iussu Herodis ad decollãdũ ducere tur, qdã paralitic⁹ in uia iacẽs, ad eũ clamauit vt sibi sanitatẽ ꝯferret. Cui Jacob⁹ ait. In noie iesu xp̃i ꝑ cui⁹ fide ducor ad decollãdũ exurge sanus: ⁊ bñdic creatorez tuũ: q̃ stati sanus factus surrexit ⁊ dñz benedixit. ¶ Scdz p̃uilegiũ fuit Josie ꝯuersio. Js.n. funẽ i collo ei⁹ miserat illũqz trahebat: q̃ viso miraculo paralitici ad pedes Jacobi se ꝓstrauit ⁊ veniã petẽs xp̃ianũ fieri se postulauit: qđ cũ vidissz Abiathar põtifex sibi dixit: nisi nomẽ xp̃i maledixeris cũ ipo Jacobo đcollaberis. Cui Josias. Maledict⁹ tu Nonẽ ãt dñi nr̃i iesu xp̃i sit bñdictũ i secula Tũc Abiathar os eius pugnis cedi iussit ⁊ missa đ eo legatõe ad Herodẽ ipetrauit vt cũ Jacobo đcollaret. Cũ ãt decollari deberẽt Jacob⁹ a spiculatore lagenaz aq̃ petijt ⁊ ibidẽ iosiã ꝓtin⁹ baptizauit: ⁊ stati capitis obtrũcatiõe martyriũ ꝯsũmauit. Decollat⁹ ẽ ãt btũs Jacob⁹. viij. kal. aprilis. i annũciatiõe dñe ⁊. viij. kal. augusti. i cõpostellaz trãslat⁹: ⁊ tertio kal. ianuarij sepultus: qz sepultura ei⁹ fabricata fuit ab augusto usqz ad ianuariũ ꝓlõgata. Statuit tñ ecclesia vt festũ ei⁹. viij. kal. augusti tpe. s. magis ꝯgruo celebraret ¶ Tertiũ p̃uilegiũ fuit sepultur̃ dispositio vt.n. refert Joãnes Beleth. decollato Jacobo discipuli corp⁹ ei⁹ nocte tiore iudeoꝝ rapiẽtes naui illđ iposuerũt: ⁊ sepulturã diuine ꝓuidẽtie cõmittẽtes nauiz sine remige ꝯscẽderũt. Et angelo dñi duce in galiciã i regno lupe applicuerũt: Erat ibi regina sic dicta Lupa noie ⁊ merito vite: đ ponẽtes g̃ corp⁹ de naui sup̃ quẽdã magnũ lapidẽ illđ posuer̃t: q̃ lapis mox vt cera corpori cessit ⁊ i sarcophagũ corpi se mirabilit̃ coaptauit. igredientes igit̃ discipuli ad Lupã dixerũt. Dñs iesus xp̃s mittit ad te corp⁹ discipuli vt quẽ noluisti suscipe viuũ suscipias nũc defũctũ. Et narrãtes ei miraculũ q̃lit̃. s. illuc sine remige aduẽissẽt locũ ei⁹ sepulture ꝯgruũ petierunt. Que dũ regina audisset vt ꝑ fat⁹ Joãnes Beleth dic̃ eos in dolo ad quẽdã viꝝ crudelissimũ destinauit vt ei⁹ sup̃ hoc ꝯsensuz haberẽt. Qui eos cepit ⁊ i carcerẽ i eclusit. Cuz aũt ille discũberet angel⁹ dñi apparuit ⁊ eos libere abire ꝑmisit. Qui ad reginã redeũtes iteꝝ petierũt locũ sepulture ꝑ corpe btissimi Jacobi qb⁹ illa rñdit. Accipite boues quos habeo i tali mõte ⁊ plaustꝝ iũgite ac corp⁹ dñi vr̃i deferte: ⁊ locum sicut volueritis edificate. Hoc ãt Lupa dolose dicebat. Sciebat eni boues eẽ thauros idomitos ⁊ siluestres. Et iõ putauit q̃ ñ possent iũgi nec applicari vl̃ si iũgerent̃ huc illucqz discurrerent ⁊ sic currũ dissiparent ⁊ corp⁹ eijcerẽt ⁊ ipsos necarent. Sz nõ est sapiẽtia ꝯ deũ. Nã illi dolũ non cogitãtes montẽ ascẽderũt: ⁊ draconẽ quendã ignẽ spirantẽ ⁊ i eos irruentẽ cruce opposita ꝑ mediũ ventrẽ scindũt: facto ẽt sup̃ thauros signo crucis velut agni ꝓtinus mãsueuerũt. Et eos iũgẽtes corpus sancti iacobi cũ lapide super quẽ positũ fuerat in curru posuerũt. Boues ãt sine alicui⁹ regimine corp⁹ i mediũ palatiũ Lupe adduxerũt. Qđ illa vidẽs ⁊ stupẽs credidit ⁊ xp̃iana facta: oia q̃ petierũt tribuit ⁊ palatiuz in eccl̃iam sancto dedicãs magnifice ipsam dotauit ⁊ in bonis operibus vitaz finiuit. ¶ Qualiter beatus Jacobus gratiosus est ⁊ benignus his qui implorant eius patrocinium.

Capitulum.iij.

Tertiũ mysteriũ cõtẽplandũ de beato Jacobo dr̃ gratiose auxiliatiõis. Res mira ẽ ꝯsiderare q̃z ꝓmpte q̃z abunde q̃ue celeriter iacob⁹ in celo beatus suis deuotis ⁊ suffragia illi⁹ exposcẽtib⁹ frequẽter occurrat. Omissis tñ multis q̃ dici possent. tria i hac ꝑte stupẽda miracula exponem⁹. Primũ ẽ de quodã Bernardo mutinẽse q̃ duz capt⁹ ⁊ cathenat⁹ i ꝓfundo turris posit⁹ eẽt ⁊ sp̃ btm̃ iacobũ inuocaret apparuit ei sctũs iacobus dicẽs. Ueni seq̃re me i galiciã. ille vo viculis ad collũ suspẽsis ad summitatẽ turris ꝯscẽdit: ⁊ ide sine aliq̃ lesione saltum vnũ fecit cũ turris sexaginta cubitoꝝ altitudinẽ possideret. Scdz miraculũ fuit de triginta viris de lothoringia: q̃ circa ãnũ dñi. M.lxx. ad sctm̃ iacobũ ꝓperãtes oẽs vno excepto fidẽ sibi mutui seruitij ꝓmiserũt. Un⁹ igr̃ ifirmatus a cũctis relinq̃t ⁊ a solo illo q̃ fidẽ ñ ꝓmiserat ad pedẽ mõtis sancti Michaelis custodit̃. Sz aduespascẽte die

morīē vīr⁹ pp loci solitudinē ⁊ defūcti mor
tē ⁊ iminētis noctis caliginē: ⁊ gētis barba
re feritatez timuit valde. Sz statim sctūs
Jacob⁹ in specie egtis sibi apparēs ⁊ eū cō
folās ait. Trade mihi hūc mortuū ⁊ tu ascē
de post me sup equū. Sicqz illa nocte añ so
lis ortū dictaſ. xv. pagentes ad mōtē gau
dij q̄ ē dimidia lenga circa sctūm Jacobū p
uenerūt. Ibiqz sctūs Jacob⁹ vtrūqz deposu
it: ꝑcipiēs vt canonicos scti Jacobi ad sepe
liēdū pegrinū mortuū ꝓuocaret ac socijs su
is diceret q̄ pp fidē violatā eoz pegrinatio
nil valeret. Qui iussa cōpleuit ⁊ socijs ea q̄
sctūs Jacob⁹ dixerat intimauit. Tertiū mi
raculū de eo legīt de quodā theothonico q
cū filio suo circa ānū dñi Millesimūnona
gesimū ad sctūm Jacobū pgēs: ⁊ i vrbe Tho
losana gr̄a hospitādi diuertens ab hospite
inebriaī ⁊ ab eo in malis ciph⁹ argenteus
abscondiī. Mane igitī ereūtes q̄si latrōes
insegī eos: ⁊ q̄ ciphū fuissent furati eis ob
iecit. Nō cū inuentū fuisset iudici accusanī.
Data vo sñia oīa q̄ habebāt hospiti danī ⁊
vn⁹ eoz ad suspēdiū iudicaī. Sz cū pater
p filio ⁊ filī⁹ p patre mori vellet: tādē filiꝰ
suspēdīī: ⁊ pī merēs ad sctūm Jacobū pgre-
diī. Igitī post trigitaſer dies rediēs ad cor
p⁹ filij sui diuertit: lamētabilesq̄ voces emit
tēs. Et ecce filī⁹ suspēsus cepit ꝓlari eū di
cēs. Dilectissime pī noli flere qm̄ hucusqz
sctūs Jacob⁹ me sustētauit ⁊ celesti dulcedi
ne refocillauit. Nō pī audiens ad vrbē cu
currit: ⁊ veniētes ppli pegrini filiū incolu-
mē deposuerūt ⁊ hospitē suspēderūt. Sunt
⁊ alia miracula i eis legēda posita q̄ cā bre-
uitatis dimittim⁹. Retulimus tm̄ ista tria
vt sic iflāmenī ad bti Jacobi deuotiōez oēs
illi q̄ sepenumero i hac vita tribulatōibus
agitanī: habeant btm̄ Jacobū aduocatū ⁊ ñ
deerit eis auriliū ō celo. In quo ipe gliosus
cū xpo letāī p infinita secula seculoz. Amen.

¶ Sermo trigesimusseptim⁹ ō scō Mat
theo ap̄lo ⁊ euāgelista q̄ xpm secutus est in
obedientia: ꝙupertate: ⁊ patientia.

Argens secutus est eum

Scribūtur hec vba Matth. ix.
ca. ⁊ in euāgelio pīnis solennita-
tis. Grauissima ē iactura illoz q̄ toto affe-
ctu diuitijs hui⁹ seculi sese dederūt Tpalia
quippe oīa transitoria sī ⁊ cito depereunt.
Propterea inqt Dauid i psalmo. dormie
rūt somniū suū ⁊ nihil inuenerūt oēs viri di
uitiaz i manib⁹ suis. Saluberrimū itaqz ⁊
ab oib⁹ acceptādū saluatoris nr̄i ē documē
tū. qui Matthei. vj. ca. dixit. Nolite the-
saurizare vobis thesauros i terra. Thesau
rizate i celo vbi nec furesī timenī neqz tinīs
formidaī. Audiuit hec vba sctūs Matthe
us ⁊ vocaī a xpo calcatis oīb⁹ hui⁹ mūdi
bonis aplicā vitaz seruauit. Tñ vt p eū ge-
sta magnifica cōprehēdam⁹. i hoc sermōe
conabimur laudes ei⁹ depromere sub titu
lo ō xpi seqla. Notabim⁹ āt pncipaliī tria i
qb⁹ ipe secutꝰ ē xpm ducē ⁊ caput omniuz.
Primum fuit obedientia.
Secundum paupertas.
Tertium patientia.

¶ Nō btūs Matthe⁹ obediuit xpo vocan
ti. Et qualiter in oīb⁹ obediendū est deo ⁊
quare obediētia sit homini prestāda. Et ō
septem obedientie gradib⁹. Cap. j.

Primū i quo Matthe⁹ secut⁹ fuit xp̄z
ē obediētia. Erat ipse natiōe iude⁹ vt
Hiero⁹ asserit i prologo i Mattheū. officio
publican⁹. i. curā hūs ō publicis actib⁹ scōz
Nicho. de lira. Erāt. n. tūc iudei tributarij
Romanoz. Et illi q̄ colligebāt tributū ro-
manis mittēdū dicebanī publicani. Hui⁹
modi cōiter sī campsores ⁊ pecuniaz nūe-
ratores. Uidit g̃ iesus illū sedentē in theloneo. Et theloneū pnūciaī penultia pducta
Dixitqz illi. Sequre me. Cōfestiz obediuit
Nō replicauit: nō cām exegit: nō ꝺ dixit: nō
deniqz passus ē morā. In hoc xpo quantuz
potuit se fecit ꝓformēq̄ p̄i eterno est factꝰ
obediēs vsqz ad mortē, vt dī ad Phili. ij.
ca. Sz vt obediētie virt⁹ clarī⁹ eluceſcat i
hoc loco tria dubia se ingerūt declaranda.
Primū vtz deo sit in oibus obediendū.
Secundum vtz homini sit obediendū.
Tertium qualiter est obediendum.

¶ Ad pmū dubiū arguūt qdā sic. Nihil est
faciēdū ꝺ vtutē: sz inueniunī queda ꝓcepta
dei ꝺ virtutē: g̃ deo nō ē in illis obediēdū
Precepit nāqz abrae vt occideret filiū in-

nocētē.ſicut pz Genesis.xxij.ca. Et iudeis vt furarent res egyptioꝝ. vt ponit Exodi. xij.ca. qđ fuit ꝺ iusticiaz. ⁊ Osee vt accipet mulierē adulterā qđ ē ꝺ castitatē. Sz sctūs Tho.ſa.ſe.q.ciiij.ad hoc ita rñdet: Ndꝫ sic ꝺs nihil opat ꝺ nām:q2 hoc est nā vniuscu iuſqz rei qđ in ea ꝺs opat vt dicit Aug⁹.xix de ciui.dei.⁊ ēr glo. ad romanos.xj.ca.opatur tñ aliqd ꝺ solitū cursuz nāe. Ita ēt ꝺs nihil pōt p̄cipere ꝺ vtutē:q2 in hoc p̄cipaliter ꝓsistit vtus ⁊ rectitudo voluntatis hūane q dei voluntati ꝓformet ⁊ ei⁹ sequat īpiuz q̄nis sit ꝺ vtutis modū. Sc̄ōm hoc ergo p̄ceptū Abrae factū q filiū inocentē occideret nō fuit ꝺ iusticiā:q2 deus ē dñs mortis ⁊ vite. Similiter nō fuit ꝺ iusticiā q mā dauit iudeis vt res egyptioꝝ acciperēt:q2 eius ſt oīa:⁊ cui voluerit dat illa. Vñ.xiiij. q.v.ca. dixit dñs.dī. Nec israelite furtū fecerūt ſz deo iubēti ministeriū exhibuerunt. Nec fuit ꝺ castitatē p̄ceptū Osee factuz:q2 ipe ꝺs ē humane generationis ordinator. Et ille ē debit⁹ modus vtēdi mulierib⁹ quē ꝺs instituit. Cōcordat his dñs Bonauen.i ſuo p̄mo di.xlvij. vbi ait:q deus nō pōt p̄cipere malū manēs malū. ex eo q illꝺ qđ p̄cipit ſp ē bonuz:lz q̄nq aliqd eēt maluz añq ab ipo p̄ciperet. Justuz itaqz ⁊ debituz ē in oīb⁹ obedere deo cui oīs creatura famulat. Ipſi nāqz obediūt oēs angeli sol ⁊ luna ⁊ oīa sidera celi. Insensibilia elemēta ⁊ cuncta q in celis ⁊ in terris reperiunt. Quātomagis eius impio subiacer tenet hō cui tot inumera largitus est būficia:⁊ ꝑpt obediē tiam pollicet eterna p̄mia. ¶ Sc̄ōz dubiū fuit vtz hoi sit obediēdū. Ad qđ ita rñdet sc̄us Tho. vbi ſ. q sicut actiones reruz nāliuz pcedūt ex potētijs nālibus ita etiaz opatiōes humane pcedunt ex humana voluntate. Oportuit āt i reb⁹ nālib⁹ vt supiora mouerent iferiora ad suas actiōes p excellētiā nālis virtutis collate diuinit⁹. Vñ etiā in reb⁹ humani oz q superiores moueant inferiores p suā voluntatē ex vi auctoritatis diuinitus ordinate. Mouere āt per rōnē ⁊ voluntatē ē p̄cipe. Et ideo sicut ordine nāli diuini tus instituto inferiora in rebus naturalibus necesse hꝫ ſubdi motioni superioꝝ. Ita etiā i rebus humanis ex ordine iuris nālis ⁊ diuini tenent inferiores subiis supiorib⁹ obedire. Hoc ē q aplus dixit ad Roma.xiij.ca. Dis aia potestatib⁹ sublimioribꝰ subdita esse dz. Nō.n.ē potestas nisi a deo. Sz pleriqz obijciunt huic ſnie cōtēdētes ꝓbare q nō dz hō hoi obedire:naz vī hoc eē ꝺ ordinatōez diuinā cuz ꝺs hoiez ꝓdiderit in libertate arbitrij ⁊ reliquerit iuz i manu ꝓsilij sui ḡre vī q vnuſqſqz suo ꝓsilio ⁊ voluntate nō alteri⁹ p̄cepto se regere dz: Ad ꝫ ita rñdet Tho.q de⁹ religt hoiez in manu ꝓsilij sui:non q liceat ei facere oē qđ vult ſz q2 ad id qđ faciēduz est nō cogit necessitate nāe sicut creature irrationales: ſz libera electione ex pprio ꝓsilio pcedente Et sicut ad alia faciēda dz pcedere pprio ꝓsilio:ita etiā ad hoc q obediat suis supioribus. Exquo obedire hoi q supioz ē in his q̄ spectāt ad suaz supioritatē debituz ē ⁊ laudabile. Immo obediētia cunctas vtutes morales excellit. Nā iter vtutes morales tāto aliq potioz ē ex̄tomagis aliqd ꝓtēnit vt dō ihereat. Sunt aūt tria genera humanoꝝ bonoꝝ q̄ hō pōt ꝓtēnere pp deuz: quoꝝ infima ſt exteriora bona. Media ſt bona corporis. Suprema aūt ſt bona aīe. Int q̄ quodāmō p̄cipua ē voluntas inex̄tuz.ſ.p voluntatē hō oībus alijs bonis vtit. Et iō pse loquēdo laudabiliora ē obediētie vtus q̄ qs pp deuz ꝓtēnit ꝑpriā voluntatē ex̄ alie virtutes morales que pp deum aliqua alia bona ꝓtēnunt. Jō Grego. vltimo moraliuz exponēs illud p̄mi reguz.xv.ca. Melior est obediētia ex̄ victime ingt. Obedientia victimis iure ꝑpōit: q2 p victimas aliena caro:p obediētiā vo voluntas ppria mactat. Quātuz vo obediētia sit grata deo:oñdunt nobis exēpla pbatissima. Nā in vitis patꝝ narrat:q̄liter abbas Paulus p̄cepit discipulo suo Jobi vt afferret ei fimū bouū quo idigebat. At ille ait: In loco vbi fimus ē habitat leena. Cui abbas. Si venerit sup te aliga eā ⁊ duc tecuz. Juit ioānes ⁊ iuonit leenā irruētē sup euz q volut eā tenere ſz ipſa aufugit. ioānes vo seqbat eā dicēs Abbas meus p̄cepit vt alligatā ducā te ad eū mor bestia substitit;⁊ tenes eam reuertebat ad

mōasteriuz. Qō cuz vidiſſz abbas ne forte diſcipul⁹ ide extolleret dixit ei. Sic tu iſen ſibilis es ita iſenſibilē beſtiā adduxiſti: ſolue ⁊ dimitte eā vt pgat ad locuz ſuū. Refert ad huc Gre. ii. dyalogoꝝ li. qlic Maur⁹ miſ, ſus a ſctō Bñdicto vt ſuccurreret placido puero quē rapuerāt aq̄ p ſpatiuz ſup aq̄s am bulauit ⁊ puerꝝ edurit ſaluuz: qō ſcūs Bñdi cts obediētie merito deputauit. ¶ Tertiuz dubiuz fuit qlicē obediēdum. Ad qō ſcōm Bernardū dicim⁹ q̄ ſeptē ſt gradus obediē tie. quoꝝ p̄mus ē obedire libent quē gradū ut ipe ait nō pōt aſcēdere q voluntatē p̄cipiēt is ſuā nō fecerit. Jō xp̄s ioānis. iiij. ca. dicebat Meus cib⁹ ē vt faciā voluntatē p̄is mei q miſit me. Ex hoc Bernardus ait. Quiſqs oc culte ſatagit vt qō vult ipſe hoc ei p̄latus iniū gat: ipſe ſe ſeducit ſi forte ſibi q̄ſi ō obedien tia blādiat. Neqꝝ.n. ea ipe p̄lato ſz magis ei p̄lat⁹ obedit. Et idē Bernard⁹ i ſmōibus Maiorē igt gradꝝ meret q paratuz ſe exhibz añ mādatuz q̄z q obedire ſatagit poſt mā datuz. Scōus gradus obediētie ē obedire ſim plicit. Multos.n. videm⁹ poſt p̄cipiētis i p̄iuz multa facere qōes ⁊ ſeſpius igeiat: q̄re hoc fieri debeat: qđ valet hoc adiplere: ⁊ huiuſ modi: ide murmuratio: excuſatio: ſimulatio impoſſibilitas: aduocatio amicoꝝ. Tū de vo obediēte dr̄ ips. in auditu auris obediuit mihi. Et Bernard⁹ ad frēs ō mōte dñi ait Verus obediēs ſtult⁹ fiat vt ſit ſapiens. ad hec ois eius ſit diſcretio: vt i hoc nulla ei ſit diſcretio. Tertius gradus obediētie ē obe dire hilariter: Hilarē.n. datorē diligit deus vt dr̄ ſe ad Corinthios. ix. ca. iō Bernar dus ait. Serenitas i vultu: dulcedo in ſmo nibus multuz colorāt obediētiā obſequētiſ Nubiloſa corpis compoſitio: ⁊ facies tene bris triſticie obfuſcata deuotionez ab alio re ceſſiſſe ſignificāt. Quartus gradus ē obediē velocit. Dicū fuit Jacheo Luce. xix. feſti nans deſcēde. Apli iſup Petrus ⁊ Andreas Jacob⁹ ⁊ ioānes ac ipe Matthe⁹ a xp̄o vo cati p̄tinno ſecuti ſt euz. Quintus gradus eſt obedire virilit in rebus vz arduis ⁊ duris. Ut Bernardus ait. Memētote frēs xp̄i q ne pderet obediētiā perdidit vitā. Sextus grad⁹ eſt obedire humilit. Ut ſaluator Lu ce. xviij. ait. Cū oia bñfeceritis q̄ pcepta ſt vobis: dicite ſerui iutiles ſumus qđ de buimus facere fecimus. Se prim⁹ gradꝝ ē obedire pſeuerāter: qz vt dr̄ Matth. x. ca. Qui āt pſeuerauerit vſqꝝ in finē hic ſaluus erit. Jgit btus Mattheus obediētiā cōple xus eſt dum imediate poſt xp̄z abire cepit. Suſcepit tū illū hoſpitio ⁊ i ſua domo para uit q̄uiuū: diſcūbēte xp̄o: ecce multi pu blicani ⁊ peccatores veniētes diſcūbēbāt cū ieſu ⁊ diſcipulis eius. videtes āt phariſei dicebāt diſcipulis. Quare cū publicanis ⁊ pctōrib⁹ māducat mgr̄ veſter: q̄ſi dicat: vos eſtis ſatui qz talē mgrm ſegmini. At ieſus audiens ait: nō ē opus valentib⁹ medicus ſed male habētib⁹. Medicū ſe vocat aiax ſ. de quo in ps. dr̄. Miſit verbū ſuū ⁊ ſana uit eos. Deinde xp̄s addidit. Euntes diſce te. i. diligenter p̄ſiderate illud qđ ſcribitur Oſee. vj. ca. Quid eſt miſericordiā volo ⁊ nō ſacrificiū. q. d. ſi hanc ſcripturā diligent p̄ſideretis inuenietis me facere ſcōm ipſaz pp qđ cōcludit. Non.n. veni vocare iuſtos ſed peccatores ad pniaz. ſ. nā ⁊ ſi aliquos iu ſtos vocauerit ad augmentuz gre vt Petr⁹ ⁊ Andreā. ⁊ p̄ſimiles: tū peccatores voca uit ſp ad penitentiā. O pietas ieſu xp̄i bñ dicti. O ſuba dulciora ſuper mel ⁊ fauus O denicꝝ fiducia ⁊ ſpes indubitabilis languē tiuz aiar̄. Nō veni inqt vocare iuſtos ſed peccatores. Exprgiſcimini ad vocē tā blan dā tā ſuauē: tāqꝝ benignā. Surgite o pctōres a vitijs: deponite iā ſordes illoꝝ: vocat vos xp̄s: obedite illi: ⁊ cum Matheo ſequimi ni eum qui de ſe dixit. Qui ſequitur me nō ambulat in tenebris.

¶ Nō beatus Mattheus ſecutus fuit xp̄z in pauptate que data fuit aplis ſub p̄cep to quam ipſi diligenter obſeruauerunt men dicantes.

Capitulum.ij.

Secundū i quo Matthe⁹ ſecut⁹ fuit xp̄z eſt pauptas altiſſima: nā cūctis diuitiſ pauibus diſpenſatis nihil de cetero poſſe dū p̄riuz. Pauptatē itaqꝝ voluntariā pfeſ ſus ē: vt ad celi diuitias pueniret. Mēdicā do igit ſibi victuz queſiuit: ⁊ elemoſinis bo noꝝ virorum ſe ſuſtentauit. Sed in hac parte tria ſunt dubia explananda.

Primum vtrum paupertas fuit a christo data apostolis sub precepto.
Secundum vtrum apostoli vitā pauperē voluntarie duxerunt.
uotiõe singularissima coluit. Dū frat thō-
mas de fonte primus catherine ꝓfessor ⁊
ff georgius ꝑgerēt ad monasteriū scē agne
tis de monte poltiano: in itinere capti fue
rūt a quibusdā latrūculis: deductiq; fuerūt
ad latebrosa nēora vt ibi occiderent. Tūc
ff thomas cum lachrymis dicere cepit. O
filia catherina tuis oꝛonibus succurre nob
in hoc tā crudeli periculo gb⁹ verbis ꝓla
tis latrūculi talr sunt imutati: q̄ nō mō vi
tā sed cuncta q̄ illis abstulerant restituerūt
⁊ ita ad monasteriū quo ibāt icolmes per-
uenerūt. Cū āt postmodū Senas rediisset
ꝓperiit p̄dict⁹ frater thomas: q̄ in illo pun
cto in quo inuocauerat catherinā: ipa socie
dixit: pater me⁹ me vocat: ⁊ scio q̄ magna
necessitas eū vrget: ⁊ hoc dicēs ad locuz
oꝛatiõis accessit. Et cuius virtute credit
latrūculoꝝ illoꝝ fuisse mentem mutataz.
Ꝓdixit futurum scisma post mortē gre-
gorij vndecimi: ⁊ alia plurima prenuncia
uit que videre poteris in legenda. ¶ Ter
tia gratia qua catherina sublimata fuit dō
ꝓlabilis visi. Supnaturalib⁹ q̄ppe visi
onib⁹ a dño meruit ꝓlari: q̄ vt in plurib⁹
sibi fiebāt in raptu ⁊ extasi mētis: de quo
sic refert ꝓius. Rapiebat sepe a spū ⁊ in
aere suspēsa diuinis ꝑplationib⁹ pasceba
tur: adeo ex̄ se acta vt expūcta pcussaq; ni-
hil oīno sentiret. hec ille. Oīmissis vo ml
tis visionib⁹ eius: eā vnā referā ꝓ qua in
ter minozes ⁊ p̄dicatozes ꝓtentio vr exoz
ta. Cū catheria cēt i ciuitate pisana: ⁊ quo
dā mane in eccl'ia sancte christine cōicass;
ac iuxta altare rapta maneret i spū: postq;
diu sic steterat: vidit xp̄m cruci affixū ma
gno suq; se cuz lumie descēdentē radioso;
sanguineos ex suis q̄q; sacratissimis cica
tricibus emittētez. Q̄q; tūc videt⁹ plu
rib⁹ vtriusq; sexus ipsaz expectātib⁹: vgo
se erigeret: ⁊ sup genua sua stās facie rutilā
te brachia elenass; ac man⁹ oꝛaretq; ne ei
catrices in coꝛpe suo apparēt exteri⁹: tūc
ex radijs sanguinib⁹ i solarib⁹ imutatis a ei
catricib⁹ crucifixi pcedētib⁹ ⁊ ad man⁹ pe
des ⁊ ad coꝛ illi⁹ pueniētib⁹ valde itrinsec⁹
doloꝛ sensibilis in dictis ptib⁹ coꝛpis ē re
lictus. Ex quo cū coꝛp⁹ eius diu si staret ri
giduz ⁊ oculis clausis tādē cecidit ac sic mi
set letaliter vulneratū. Post modicū ad se
reducta tanto doloꝛe concutiebat: vt a cū
ctis putaret in breui moꝛitura. Dūica vo
sequēti ibi cōicās a doloꝛe extitit liberata
Ex visione ꝓtacta in plerisq; locis nonnul
li scām catherinā suscipiētem stigmata a
xp̄o depingi fecerūt: q̄ sica intentõe id ege
rint: vt per visibilia inuisibilia cognoscant
⁊ p pictura illā visibilē doloꝛ ei⁹ inuisibi-
lis ſz sensibilis designet: forte ñ obstāte er
roꝛe inde sequēte: quo credi possz stigmata
eā visibilia sulcepisse tolerari vtiq; posset.
Sz hec facta st: vt sic ꝙparet btō francis.
cui soli vsq; in pñs singulari mō stigmata
diuinitus sūt impssa vtiq; reph̄ēsibile est.
Mā vt diri in sermone de sacris stigmati-
bus beati francisci. Inter miracula gran-
dia nostre fidei francisci ꝓsignatio supꝑe
mū obtinet gradū. Fuerūt q̄ppe stigmata
⁊ visibiliter ⁊ sensibiliter a xp̄o sibi ipꝛessa
Tulit illa duobus annis continuis ⁊ in vi
ta ⁊ in morte etiam a viris sanctis ⁊ grauis
simis visa ⁊ tacta. Sūmi pontifices Gre
gori⁹ nonus. Alexander q̄rt⁹: Benedict⁹:
Nicholaus: ⁊ alij illa approbantes fatēn-
tur singuli miraculo in francisci pedib⁹ ma
nib⁹ ⁊ latere fuisse depicta. ab eo artifice
sapientissimo qui creauit celum ⁊ terram.
Quid vo de cetero sit facturus cui⁹ archa
na: nisi ipso reuelāte perscrutari nequim⁹
ipse nouit. Unū scio ⁊ qdē absq; vllo erro-
re: q̄ fr̄anciscus vsq; ad pñs elect⁹ fuit a dño
iesu xp̄o vt in coꝛpore ꝓprio verilū crucif
biennio oꝛanteq; spūz fūderet celo deferre
Nō derogent ista dignitati beate catheri-
ne: nec alterius sancti. Ego peccatoꝛ qui

hunc sermonez confeci sanctā ipsaz deuotiōe qua possuz ⁊ colo ⁊ veneror. Eramqz rome Anno dñi. M.cccc.lxj. Anno tertio Pij pontificis maximi. Quādo pontifex p̄factus spiritu sancto volente sanctam catherinam solenni celebritate canonizauit. Nulla tunc a referentibus ⁊ vita ⁊ miracula catherine de stigmatibus fact aest mentio. Nulla pictura cū stigmatib⁹ fuit delata. Nulla insuper i bulla quaz superius frequenter allegauimus de stigmatibus mētio habita est. Ego insup ea die canonizationis sermonē ad populū habui: post prādiuz in ecclesia minerue ordinis predicatoꝝ. Inspexi legi ⁊ quidez sepius omnia q̄ scripta erant de laudibus huius scē: nil aliud inuenire potui: nisi qd̄ superius expressum est de illo dolor quē tulit absqz signis in suo extatico raptu. Et si nomine stigmatuz dolorez illum intelligi volumus: non tamē in illo cōtinent ⁊ includunt conditiones miraculose stigmatuz beati francisci. Igitur cū deus nō egeat nostro mendacio ea ꝓferam⁹ de sanctis que s̄m rei veritatem nō inuentionem hominū illis possunt accōmodari. Fuit catherina: vt patet ex dictis: ⁊ ex his que sequentur amplissimis priuilegijs ⁊ gratijs decorata Sz stigmatū specie non fuit vt franciscus insignita. Que si ad nos gloriosa rediret: dura increpatione feriret illos qui sub specie pietamēdatijs vellent suā gloriaz āpliare. Oro tñ patres meos p̄dicatores ⁊ minores ne populos scādalizent. Quib⁹ taz multa mira de sanctis se offerūt ⁊ p̄cipue de catherina vt mēdacia: ⁊ ꝓp se ipsa ⁊ ꝓpter veritatis abundantiā deserere ⁊ detestari cogantur. ¶ Quarta gr̄a beate catherine dr̄ suauis cibatio: vsu nāqz ⁊ frequētia sacramēti tanta suauitate cōsolationeqz spūs repleta fuit: vt asserat sic de illa Pius vbi. s. Inuēta est aliqñ a die cinerum vsqz i penthecosten ieiunium ꝓduxisse: sola eucharistie cōmunione contenta ꝑ annos circit octo minimo herbarū suco: eoqz parū retento ⁊ cōmunione sacra sustenta ē. Ad cibuz quasi ad suppliciū ꝑgebat. Ad communionez altaris, quasi ad celestes nuptias īuitata eēt summa cū alacritate proficiscebat. Hec ille Tā efficax erat eius ad sacram̄tuz illud ineffabile reuerētia: vt mēs Gregorij. xj. flecteret ad ꝯcedendū catherine ꝙ posset eligere confessorē: qui eā obsolueret: ⁊ sibi eucharistiā mīstraret: ⁊ cū altari viatico absqz alia licētia ad nutū catherie celebraret. ¶ Quinta gr̄a ⁊ p̄rogatiua singularis beate catherie: fuit miraculosa coruscatio. Fec̄ illaz d̄s in vita ⁊ morte multis clarere miraculis Ex quib⁹ aliqua explicabim⁹. In ciuitate Senarū quedā nobilis dña Alexia habitū ordinis de penitētia sua su catherie recepit: que illā coegit vt secū in domo sua cōmoraretur. Contigit aūt ex charistia tūc illos de domo prefate dñe alexie vesci pāibus farine putride. Superueniēte tritico nouo cōsuluit alexia catherinam: an certuz residuum prefate farine ꝓijcienduz foret. Que nequaqz proijcienduz asseruit: sz parari aquā iussit ⁊ farinam afferri. Intriuit ergo primo massam: ⁊ tandē panes de parua in quātitate illius farine quouis ēt expulso fetore tam celeriter ⁊ tot confecit. quot de q̄druplici aut quintuplici q̄ntitate fere tot facti fuissent: cum stupore sororis Alexie ⁊ aliorum d̄ domo. Cū aūt panes de clibāo de portati fuissent. inuenti sūt adeo sapidissimi vt oīno immutatio saporis ad miraculū procederet. Et cum daretur de ipsis panib⁹ pauperibus ⁊ fratrib⁹ atqz illos comederent: omnibus de domo suffecerunt diebus pluribus etiā in archa multiplicati. De quibus aliqui a quāpluribus sunt tam pro reliquijs q̄z in argumentum miraculi reseruati. Tempori etiam quo catherina fuit in vrbe: ⁊ ibi in regione colūpne cū sua familia viueret de mēdicitate ⁊ nihilomin⁹ aduenientes hospites recipiebat: ita vt continuo q̄si triginta persone ī domo sua cōederent. Cōtigit semel ꝙ die quodā deficiēte pane ꝙ cū catherie fuisset renūciatū mādauit vt sic ad mēsaz se ponerent: ⁊ modico pane qui ibi repiebatur inciperēt comestionē. Ipsa vero ad orationē accessit: Quid plura? Edētib⁹ illis famelicis ⁊ ieiunis panis ille modic⁹ suffecit oīb⁹ abūdant. Tantūqz etiā supfuit: vt ex illo plures

elemosyne pauperib⁹ largirent. Dū eēt in ciuitate senar: audiēs quēdā dñz matthēū rectorē hospitalis misericordie sibi deuotissimū ex morbo pestilenti grauit egrotaſ accessit ad eū diritqz cum magno feruore. Surgatis dñe matthee surgatis: qz nō est tps in lecto quiscēdi: mox ad eius vocem febris ⁊ inguinis apostema pſatū pcuſſ⁹ dimiſert: Sanauit ⁊ mltos alios peste pcussos sua oratione fideli. Sic fuert magister raymund⁹ ⁊ magr bartholomeus catherine pfessores. Et ne singula pplectamur cta ō ipsa loquit ꝑi⁹. Magnū ⁊ sanctū erat in plebib⁹ catherie nomē: vndiqz ad eā egrotati maligni verati spiritib⁹ ō ducebāt. Et multi curabant läguorib⁹ ⁊ febrib⁹. In xpi noie iperabat ⁊ dēones cogebat ad obsessis abire corpib⁹. Propter quaſ res duob⁹ romanis pontificib⁹ Gregorio vndecimo ⁊ Urbano sexto acceptissima fuit adeo vt legationib⁹ eoz fungerek: multisqz ⁊ magnis ꝑsonalibus gratijs ab eis donarek. Hec ibi Ubi adhuc interserit qdaz que nō nisi vtute ō cooperāte p catherinaz fieri potuisset Ait. n. Desiderēt sūmo studio cōponebat mlta extinxit odia: ⁊ mortales inimicitias p pace florētinoz qui cū eccliā dissidebāt ⁊ interdicto suppositi erāt eccliastico. Appē ninū ⁊ alpes trāsiri atqz vsqz i auiniōez ad Gregoriū vndecimū pficisci ñ dubitauit cū votū suū ipe grego. ō petēda vrbe roma i occulto factū: ⁊ soli sibi ac deo notū sese diuinit⁹ cognouisse mōstrauit. ¶ Serta gra qua ds catherinā sublimauit: dicit felix reuelatō. Cū. n. i vrbe romana ipa post mlta signoz experiīta exhoratōes ſpūales alia qz exercitia religiosa moriētium dñica die circa horā ttiaz die, xx viiij. aplis. M. ccc. lxxx. migrassz ad pīez. Eadē die magr raymūd⁹ vltimus ei⁹ pfessor i quentu Januēsi erat dispositōe pilaſ deiū bononiā ad capitulū generale pgere: deꝑcabatqz xpi mrez coꝝ quadā imagie vt cū ptegeret a piculis Mox quādā vocē audiuit dicētē sibi. Ne timeas: qz ego suz hic pro te: ego suz i celo p te Ego te ptegā sis secur⁹. Et hesitās p tunc vnde vox pdiret. tandē inuenit qualr eadē hora catherina migrauerat: quēit tādem prefat⁹ magister bononiā vbi magister generalis canonice fuit electus: qō iaz sibi catherina indubitanē pdixerat: vt aūt sequit ꝑius i bulla. Tactu corpis eius p⁹ illi⁹ felicē transitū pleriqz egroti salutē cōsecuti sūt adeo vt nonnullis saluti fuerit: ea te tigisse que sacrata catherie mēbra tetigere Postea vero virgo ipsa iā celo recepta vota supplicātiū benigne audiuit: ⁊ vt a spōso ⁊ dño suo xpō saluatore exaudirenē curauit. Multi. n. ex diuersis egritudinib⁹. curati sunt: q andita beate catherine gloriosissima fama ei⁹ patrocinīū supplices petiuere. hec ille . Placuit ita bēignissimo dō spōse sue gloriā inumeris vt sic dicā vsqz i ꝑsentē diē miraculis manifestare. ¶ Septima catherine gra ⁊ prerogatiua singularis est dicta solēnis canonizatio. Rome sigdem in basilica bti petri apostolorūz ꝓncipis estāte pplo ⁊ clero habitoqz ꝓmōe ab ipo pio pōtifice de vita ⁊ miracls ei⁹ missarū solēnis celebratis ⁊ ꝓsuetis cerimōijs rite peractis ad canonizationē sancte pcessit: sub his verbis. Ad honorē oipotentis ⁊ eterni dei pīs ⁊ filij ⁊ spiritus sancti: ad exaltationē fidei catholice ⁊ christiāe religionis augmentū: auctoritate domini nr̄i iesu xpi ⁊ beatorū petri ⁊ pauli apostolorū eius ac nostra: Catherinam Senensem illustris ⁊ indelibilis memorie virginem: cuius corpus in ecclesia predicatorūz que de minerua dicitur hic rome iacet in celesti hierusalem inter beatorum virginum chozos quando id sua virtus diuina suffragante gratia meruit: iam pridem fuisse receptam: ⁊ eterne glorie corona donataz de fratrum nostrorum consilio declaram⁹ eāqz tanqz sanctam publice priuatimqz colendam esse decernimus ⁊ diffinimus: atqz in sanctaz cathalogo virginum: quas romana veneratur ecclesia redigi ⁊ ascribi mandamus. Statuentes festum eius ūngulis annis ꝓxima mensis madij dominica die ab vniuersali ecclesia celebrandum esse. Sicqz deus i sanctis suis admirabilis catherinā i vtraqz eccliā triūphante. s. ac militāte sublimit exaltauit. Quē deprecemur: vt illi⁹ meritis interuenientib⁹:

dignetur ⁊ nos ascribere beate vite. Qui sit benedictus in secula seculoꝝ Amen.

Finis.

¶ Sermo de sancto bernardino predicatorum nostri temporis principe.

Diletus deo ⁊ hominibus: cuius memoria i benedictiõe est. Sapientis verba sunt ista originalit̃ Ecclesiastici. xlv. ca. Et in epistola hodierne festiuitatis. Uellem hoc tempore tãto eloquentie splendore fulgere vt non solum alterum demosthenem principem oratoruz grecie: aut Ciceronem latinum me putarent omnes astantes: sed angelum crederent de celo missum vt fari possem eximias laudes illius sancti bernardini qui sua predicatione nomen gloriosum iesu Christi mirabiliter exaltauit. Ipse quippe alter paulus ⁊ vas electionis christianam religionem sua doctrina reformauit. Ipse italie populos per abrupta vitiorum deuiantes ad semitam virtutum ⁊ iusticie reduxit. Ipse deuiqꝫ religionem sacram minorũ numero ⁊ sanctitate adauxit: Merito itaqꝫ in eius solennitate preconia predicationis eius enarrare debemus Ob illam nanqꝫ deo ⁊ hominibus dilectus est ⁊ memoria eius benedicta in sempiternuz manebit. De qua in presenti sermone tres excellentias proponimus declarandas.

Prima dr̃ cõmendationis.

Scda conditionis.

Tertia honorationis.

¶ Qd̃ cõmendatur predicatio sancti bernardini: propter humilitatem: charitatem ⁊ patientiam. Capitulum. i.

Prima excellentia predicatiõis sancti bernardini dicitur cõmendationis. Sua quippe predicatio satis est cõmendanda. Et maxime propter tria.

Primo propter humilitatem.

Scdo propter charitatem.

Tertio propter patientiam.

¶ Primo cõmẽdat̃ predicatio sancti bernardini pp̃ humilitatem. Non enim predicauit p̃sumptuose aut sup̃be se ingerens sꝫ missus. Officiu nãqꝫ p̃dicatoꝝ officiũ est angeloꝝ qꝛ sicut angeli annũciant diuina: ita ⁊ p̃dicatores de quib⁹ Dauid in p̃s. ait. Annũciauerũt opera dei. Angeli aũt nõ ex se veniunt: sed vt dicit Apostolus ad Hebreos. ij. ca. ministeriũ missi sunt. Sic ⁊ p̃dicatores. Qũo predicabũt ait Apostolus ad Romanos. x. Nisi mittant̃. Qd̃ aũt Isaias nõ vocatus se obtulit ad p̃dicandũ cuz dixit. Ecce ego: mitte me. Isaie. vi. ca. Et contra cum Jeremias mitteret̃ a deo se excusauit dicẽs. A a a dñe deus. Ecce nescio loqui. Jeremie. i. c. Et si diuersa vox extra prodijt: non tamen a diuerso fonte dilectionis emanauit. Duo quippe sunt precepta charitatis vt ait Gregorius. Amor. s. dei ⁊ proximi. Per actiuam vitam prodesse ꝓximis cupiens Isaiam officium predicationis appetijt. Per contemplationem vero Jeremias sedule amori ꝯditoris inherere desiderans ne mitti ad predicanduz debeat contradicit. Quod laudabiliter vn⁹ appetijt. hoc laudabilit̃ alter expauit. Iste ne tacite ꝯtẽplationis lucrum loquẽdo perderet. Ille ne dãna studiosi operis tacẽdo sentiret. Sed hoc in vtrisqꝫ est subtiliter intuendũ quia ⁊ is qui recusauit plene non resistit: ⁊ is qui mitti voluit añ se per altaris calculum purgatũ vidit. Et paulo sup̃ Gregorius dicit. Sicut toto desiderio occupationẽ fugere debemus: ita si desit q̃ p̃dicet occupationis onus libenti necesse est animo subire. Hec oĩa. viij. q. i. ca. In scripturis. Et qꝛ difficile est ⁊ earum videre se purgatũ. Quia nemo scit vtrũ odio vel amore dignus sit vt dicit̃ Ecclesiastes. ix. ca. Ideo nullus debet presumere ex se ire ad predicandum. Sed expectare debet vt mittat̃ vel a deo vel ab ecclesia. Uñ d̃ Joanne baptista dr̃ Joãnis. i. ca. Fuit homo missus a deo. Non tñ creditur alicui dicenti se missum. a deo q̃ ab ecclesia non est missus nisi ꝓbet per miraculũ sicut Moyses: extra de hereticis. ca. cũ epiniuncto. Et argum̃tũ d̃ con. di. ij. ca. Reuera. Sic fuit missus Eqcius cui apparuit in somnis angelus ⁊ euz euz ad predicandũ misit. xvi. q. i. §. Hoc idem. Ab ecclesia autem mittitur quis

vt ordinarie vt quilibet curatus saltē quo ad subditos, Ad rectores enī ecclesie ma xime pertinet p̄dicare per se vel p aliū sub ditis suis. vnde primis rectorib⁹ dixit chri stus Marci vltimo ca. Euntes in mon duz vniuersum predicate euangelium oi ce reature. Et Gregoriuſ dicit in pastorali. xliij. di. ca. Si rector. Officium predicati onis suscipit quisq; ad sacerdotiū accedit vt ante aduentum iudicis qui terribiliter sequitur ipse. s. clamando gradiatur. i. pre dicando. Et loquitur Gregorius de cura tis. Qui etiā figurā inducit. Exodi. xxviij. ca. vbi dicit. q̄ sacerdos ingrediēs taber naculū tintinnabulis ambiat vt audiatur sonitus quando ingredit & non moriatur Quia vt exponit Gregor⁹ dicto ca. Sic rector. Iram cōtra se occulti iudicis exigit si sine predicationis sonitu incedit. Et sic morit spiritualiter. Unde dominus Eze chieli prophete. xviij. ca. Fili hominiſ spe culatorem dedi te domui israel. Si dicen te me ad impium morte morieris tu nō an nunciaueris ipse in iniqtate sua morietur Sanguinē vo ei⁹ de manu tua requiram Confirmat idem Nichola⁹ papa. xliij. di. Dispēsatio ingt celestis seminis nobis in iūcta est: vbe si nō sparserim⁹: vbe si tacue rim⁹. Uel ab ecclesia mittit qs ad predicā dū exprinilegio vt predicatores & minores Augustinenses carmelite: & seruite saltem in ecclesijs suis. In alijs ecclesijs ñ nisi vo cati: Et hi etiā debēt mitti a prelatis suis De qb⁹ fit mentio in clementia dudū de sepulturis. Qui aūt. vocat⁹ seu missus ad hoc pertinaciter recusat: ab ecclesia & deo contemnit. Quod figuratū fuit in eo q no lebat ducere vxorem fratris' mortui: & p pterea discalciabat vno pede vt exponit Augustin⁹. viij. q. j. ca. Dū. Nūc ingt euā gelij qsq; p̄dicator ita debet in ecclesia pre dicare siue laborare vt defūcto fratri idest xp̄o suscitet sanctū qui pro nobis mortu⁹ est. Et qđ suscitatum fuerit ei⁹ nomen ac cipiat. Ut igit ad sanctū bernardinū con uertamus sermonem. Ipse sicut experien tia facti manifestauit a deo elect⁹ & a p̄la tis ordinis p obedientiā astrictus officiuz predicādi suscepit. Natus enī in ciuitate massa, puincie thuscie ex honestissimis pa rētib⁹ p̄ie vz tollo & matre niera nobilib⁹ senēsib⁹ añ upletū septēniū vtroq; pa rente orbatus remānsit sub cura & regimine cuiuſ dā venerabilis dñe sororis matris ei⁹ cui nomē erat diana: que puerulu induxit ad virginis glorioſe precipuā deuotionē. Et operā dedit vt litteris vacaret ac morib⁹ bonis. Creuit aūt de virtute in virtutez ho nest⁹ affabilis & pauperib⁹ liberalissimus tantaq; fuit in eo aptitudo ingenij & subtili tas intellectus q̄ ante ꝓpletum annū gntū decimū in grāmatica logica & morali phia satis mediocriter fuit instruct⁹. Indeq; ce pit lectionē iuris canōici freq̄ntare. Erat q; vita eius ita múda vt oībus alijs cede ret in exēplū. Nā vt retulit mihiqdam vir fide dignus cancellari⁹ dūj senensis noīe leonardus q ꝓsocius eius fuerat in scholis in etate illa adolescētie ad malū ꝓna. Nul lus audebat coram bernardino verbum turpe aut lasciuū ꝓferre. Quinimo si qñq; alij adolescētuli & scholares absente bnar dino aliqua inter se verba ociosa referrēt si vidissent ex post bernardinū aduenien tē mox alter alteri loquebatur. Taceamus inquit q; bernardinus venit. Quid plura Anno etatis sue decimooctauo. Dū pestis truculētissima seuiret quasi in tota italia. In hospitali magno senensi iacebat multi tudo egrotātiū ex peste & vir erat qui illis ministraret: Nā & famuli oēs p maiori pte & aromatarij & illo hospitali ꝓmorantes & capellani atq; alij plurimi peste pcussi obi erāt. Erat illis temporibus rector hospita lis qdā vir deuotus & probus dñs ioānes de gēnaronib⁹ e videns sibi humanum ō esse auxiliū ad virginē pissimā se conuer tit: illam deprecās vt tā extreme infirmo rum necessitati succurreret. O felix adole scentia bernardini: O ardētissima charitas cordis eius. O pietas omnibus poste ris predicāda. Mox vt bernardinus audi uit que de infirmis patientibus dicebantur monuit q̄plures iuuenes & vna cum il lis ad hospitale se cōtulit. Nec timuit mo ri. Nec horruit pestem. Neq; labores re-

fugit. Mansit ibi quattuor mensib⁹ die noctuq; ministrans egrotis propter deum. Exinde cuz pestis cessasset repetij domũ ⁊ quattuor mensibus egrotans quasi semper in lectulo iacuit. Adepta vero bona valitudine sensit ꝙ quedam dña bartolomea soror patris eius ceca ⁊ surda ⁊ in lectulo valitudiaria neminẽ habebat q illã iuuaret. Mox ad illam se contulit eiq; ꝑ plures mẽses vsq; ad mortẽ obsequiosissime mistrauit nulla fract⁹ nausea nulloq; labore turbatus. Mortua illa adeo inspiratus relico seculo ⁊ omnib⁹ suis bonis pauperib⁹ egrotatis habitũ religionis minorũ deuot⁹ accepit in die natiuitatis virginis gloriose q̃ ẽt die natus fuerat ex vtero matris. Anno etatis sue. xx. añ altare matris sci fran. de sellis. Quẽ habitũ sibi dedit frater ioannes ristorij vir scũs ⁊ in dei seruitio probatus. Inde ad locũ de columbaria de voluntate prelatorum se contulit vbi in omni deuotiõe ⁊ perfectiõe ac obseruantia regule suũ nouiciatũ expleuit. Facta vero ꝓfessione in die. s. natiuitatis virginis orationi ⁊ studio lr̃aꝝ se dedit. Et cũ factus eẽt sacerdos primã missaz in die natiuitatis virginis celebrauit. Qua ẽt die mãdato accepto a generali ministro de penitentia p̃dicãda: primũ sermonem ad populum habuit. ¶ Secundo ꝯmendat p̃dicatio sci bnar. ꝑꝑ caritatẽ. Predicauit. n. ad honorez dei ⁊ salulem animaꝝ Iste eni debet esse finis predicatorum verbi dei. Nam qui propter cupiditatẽ predicant vl vanitatẽ ⁊ gloriã mundi figurantur per balaã. De quib⁹ dicit Petr⁹ in. ij. epl̃a. Secuti sunt viã balaaz ex bnsor qui mercedez iniquitatis amauit: correptionẽ vero habuit sue vesanie: subiugale mutuz. Super quibus verbis dicit Bedda. ij. q. vij. ca. secuti. Quod multi catholicorum intantuz amãt mercedẽ iniquitatis vt etiam docti ab indoctis: clerici a laicis merito redarguantur. Qui iure ꝯparantur ꝓphe q verbis asine ꝯ nãm loquẽtis corripitur: nec tñ a proposito primi operis retardatur. hec ille. Quanuis tñ predicatores non debeãt predicare principaliter ꝑꝑ temporalia habenda. Alias tanq̃ vendi[illegible] de templo eijciunt. Debet tñ populus subministrare eis necessaria iuxta illud. i. ad Corin. ix. c. Nõ alligabis os bouis triturãtis vñ Hiero⁹. xvi. q. i. ca. penultio ait. Apostolicis viris ⁊ euãgelizãtib⁹ in necessarijs vsibus nolle tribuere seipsum condẽnare est. Et August. in li. de baptismo paruulorum. Non ẽ venale euangeliũ vt pro temporalibus predicetur. Qui enim sic vẽdũt magnã rez vili vẽdũt. Accipiant ergo p̃dicatores sustentationẽ necessitatis a populo: mercedẽ dispensatiõis a deo. Nõ eniz a populo redditur quasi merces illis qui sibi in charitate euãgelij seruiũt: sz tanq̃ stipẽdiũ datur quo vt possint laborare pascãtur. Hec ille. Et paulus primo ad Corint. ix. c. Quis militat suis stipendijs vnq̃. Et iterũ Si nos vobis spũalia seminam⁹ nõ magnũ ẽ si nos carnalia vestra metamus. Et iterum Dñs ordinauit his q euãgeliuz ãnunciauit de euãgelio viuere Dixi hec oĩa ꝑꝑ indiscretionẽ quorũdã populoꝝ qui vellẽt predicatores viuere de aere vel vẽto. Nolo tñ excusare predicatores cupidos ⁊ auaros ambitiosos honoꝝ ⁊ dignitatum Qui imitari debẽt scm̃ bernardinũ rerum temporaliũ ꝯtemptorẽ: Nam ⁊ ter vocatus ad episcopalem dignitatẽ minime acqeuit: Diuitias non congregauit dicẽs cũ paulo Actuũ. xx. ca. Argentũ aut aurũ aut vestẽ nullius vestrũ ꝯcupiui. Et lz in oĩ vita sua verus fuerit paupertatis amator discipulusq; ⁊ filius beati francisci. Tñ illud est d ipso notabile inter cetera qd̃ medio lani ostẽdit exẽplũ charitatis necnon ⁊ ꝯtẽptus pecunie. Dũ eniz i bipp̃lo dieb⁹ pluribus p̃dicass̃z: illustrissimus dux eiusdẽ vrbis philippus eidẽ per fidelem nunciũ multaz auri copiã in elemosynaz misit. Nuncius itaq; auri pondere reuerenter assũpto ad conuentum fratrũ festinãter accessit. Et ꝑgens ad cellam sancti bernardini aurũ sibi ex parte dñi ducis benigne ⁊ reuerẽtissime presentauit. Ipse vo vir dei hilari vultu gratulãtiq; aĩo predictum aureum munus ⁊ si in ꝓprios vsus accipere recusaret charitatis tamẽ zelo in redemptionem ca

ptiuoꝝ ⁊ pauperꝝ vsus misericorditer exhi
bere decreuit. Accersito igitur quodaꝫ pro
bo venerandoq; ciue socioq; vocato sum-
ptaq; ab ipso ciue pecunia ad carceres claꝫ
⁊ incunctanter aceessit ⁊ q̃ꝫplurimos inde
captiuos redemit reliquamq; partem pau
peribꝰ cũ magna animi hilaritate distribuit
Sciens aũt illustrissimus ille dux que fcã
fuerant sanctũ bernardinũ mirabiliter cõ-
mendauit. ¶ Tertio ꝯmendat̃ predicatio
sancti bernardini propter patientiam: fuit
eniꝫ patientissimus in laboribus in infirmi
tatibꝰ ⁊ in ꝑsecutionibꝰ. Et vt de ꝑsecutiõi
bꝰ loquar: accusatus fuit tanq̃ heretic⁹ ab
mulis qbusdã martino quinto: Qui euꝫ ad
se venire precepit: Ante v̄o q̃ꝫ se ꝯtulissꝫ ad
vrbẽ sonabant vndiq; falsi rumores de san
cto bernardino. Dicebãt enim populi: ve-
niet veniet ille hereticus. Alij ꝯburet̃ ille
hereticus ⁊ similia. Dũ vero vrbẽ intrauit
ostendebatur digito ⁊ vnus alteri cachinã
do dicebat: hic hic ẽ ille. Ipse v̄o hec oĩa ꝓ
dei amore equanimiter tolerabat. Et tan-
dẽ veritate inspecta ⁊ ꝯpto clarissime q̃ nõ
solũ catholicus foret sꝫ etiã fidei catholice
dignissim⁹ p̃co a pontifice gratiose visus ẽ
auditus ⁊ cũ eius benedictione p̃dicare
cepit in vrbe. Tantã v̄o gr̃aꝫ d̃s ori ei⁹ ⁊ ver
bis infudit vt oĩs populus ꝯflueret ad euꝫ
audiendũ ac si fuisset angelus dei ⁊ quãto
prius nomen eius videbatur oĩbus odio-
sum: tanto post ea cunctis vtriusq; sexus fa
ctũ est venerabile. Predicauit sic multo tẽ
pore cũ incredibili animaꝝ fructu q̃ ẽt ꝑdu
rat vsq; ad tẽpora nostra. Passus ẽ ⁊ alias
persecutiones: eo q̃ semper virtutes perse
quitur inuidia. A nonnullis emulis diceba
tur litteraꝝ ignarus cũ tamen in scripturis
diuinis foret eruditissimus. Alij v̄o q̃dragi
ta sermones duntaxat eũ scire asseuerabãt
Plerique v̄o curiosi ⁊ vana eloquentia tu-
midi ignauũ ineptũ ⁊ impolitũ fatebantur.
Qui tamen in hoc dicendi genere ⁊ in his
que predicari dñt ꝓ salute populoꝝ irrepre
hẽsibilis erat. Sꝫ hoc nõ videri debet mi-
rum q̃ sibi hoĩes flagitiosi detraherent: cũ
semper fuerit hoĩm malorũ ꝯsuetudo sanaꝫ
doctrinam spernere ⁊ detestari. Unde La
ctantius libro. v. diuinaꝝ institutionuꝫ de
cypriano sic refert. Unus precipu⁹ ⁊ clar⁹
extitit cyprianus. q magnã sibi gloriã ex ar
tis oratorie professione q̃sierat ⁊ admoduꝫ
multa ꝯscripsit ĩsuo genere mirãda. Erat
enim ingenio facili copioso suaui ⁊ q̃ sermo
nis maxia est virt⁹ aperto vt discernere ne
queas vtrũ ne ornatior in loquẽdo an faci
lior in explicando an potentior in ꝑsuadẽ-
do q̃sq̃ fuerit hic tñ placere vltra verba sa
cramẽtũ ignorãtibꝰ nõ põt: qm̃ mystica sũt
que locutus est ⁊ ad id preparata vt a solis
fidelibus audiantur. Deniq; a doctis hu-
ius seculi quibus forte scripta eius innotu
erunt derideri solet. Audiui ego quendaꝫ
homiuem disertum sane qui eunm immu
tata vna littera coprianũ vocaret quasi q
elegans ingeniũ ⁊ melioribꝰ rebus aptum
ad aniles fabulas ꝯtulisset. Hec ille. De
btõ hieronymo q̃d referem⁹ q lumen splen
didissimũ ecclesie fuit: ⁊ tñ dẽtes maligno
rũ non euasit. Et vt ip̃e ad nepotianũ scri
bit. Per infamiã ⁊ bonã famã christi mi
les gradit̃. Nec laude extollitur: nec vitu
peratione frangitur. Per diẽ sol non vrit
eũ n eq; luna per noctẽ: Impleuit ista scũs
bernardin⁹: q dũ falso sibi multa obijceren
tur: ⁊ q̃nq; contumeliose dicerentur in fa-
ciem. nunq̃ vult⁹ hilaritatem mutauit:
nunq̃ verbum protulit iracundie. Sed
in omnibus benedicat deum. Sicut acce
pit ab his qui secum familiariter conuer
sati sunt.

¶ De sufficentia ⁊ prudentia atq; stupen
da efficatia predicationis sancti bernardi
ni. Capitulum secundũ.

Secũda excellentia predicatonis san-
cti bernardini dicitur conditionis.
Habuit quidem sua predicatio tres singu
lares conditiones.
Prima dicitur sufficentia.
Secũda prudentia.
Tertia efficaciar
¶ Prima conditio fuit sufficientia. Tria
eniꝫ reqrũtur in p̃dicãte: vt ppl'minducat
ad bene beateq; viuendũ: ꝑm Augustinũ.
iiij. li. de doctrina christiana. Primũ ẽ vt
doceat. Scd̃ꝫ vt d̃lectet. Tertiũ vt flectat

⁊ moueat. Et cũ qs ista facit idustria artis rethorice ad honorẽ dei ⁊ salutem animaꝝ bene est ⁊ laudabile ꝑm eũdem Augustinũ Sed cuꝫ spũs scũs vtit lingua predicatoris vt instrumento ad ista efficiendum: sicut fuit in apostolis q imperiti erant. Tũc opus illud est gratia gratisdata: que dicit gratia sermonis ⁊ lingua angeloꝝ. Et sermo sapientie dicitur in locutione de diuinis. Sermo scientie de humanis: vt de moribꝰ ⁊ vitijs ⁊ virtutibꝰ ⁊ hmõi ꝑm tho. xxij. q. clxxiij. Perfectius aũt ista operat̃ gratia q̃ꝫ natura vel ars. Sed aliquando aptitudine naturali in predicatore existente ⁊ arte rethorice adiũcta aliquando etiã spiritus sanctus operatur plenius istud. s. inductionẽ auditoꝝ ad faciendũ que predicat. Hominis ergo est se preparare scilicet vt bene dicat. Deũ aũt dirigere linguã Et vt dicit Augustinus in prefato libro d̃ doctrina christiana. Sapientia sine eloq̃ntia paꝝ profuit quo ad populos. Eloquentia sine sapientia multum nocuit. Est eniꝫ vt gladius in manu furiosi. Sapientia cũ eloquentia multũ iuuat ⁊ operatur. Sanctꝰ bernardinꝰ predicando docabat: quia ipse vere doctus erat vt etiã patet in sermonibꝰ quos cõpilauit. Delectabat etiaꝫ auditores adeo vt vniuersaliter omnes verbis suis refocillarent̃ tanq̃ꝫ si sumerẽt sapididissimũ cibum. Flectebat insuper ⁊ mouebat hominum affectus: vtostendemꝰ in tertia conditione. Quare ipse sufficientissime docuit ⁊ predicauit. ¶ Secũda ꝯditione predicationis sancti bernardini dr̃ prudẽtia. Fuit. n. prudentissimꝰ ad euitandũ omnia illa a quibꝰ predicatores verbi diuini debent abstinere: que sunt.

Falsitas.
Adulatio.
Jactantia.
Scandalum.
Contentio.
Superfluitas.
Leuitas.
Indiscretio.

¶ Primo abstinere debent predicatores a falsitate. Non enim sunt assumenda aliqua falsa pro quacunq̃ vtili[illegible] que ponꝫ inde sequi: quia sic veritas fidei redderet̃ suspecta. argumentũ di. ix. c. Si ad scripturas. Ideo Augustinꝰ ait. xxij. q. ij. ca. Primũ. Ad salutem non dobet qs peruenire opitulante mendatio. Et idem pertractãs illud apostoli. i. ad Corinthios. xv. ca. Inuenimur falsi testes. Perhorrendũ est inquid aliquid falle de deo dicere etiam si ad laudẽ eius pertinere videat̃. Non eniꝫ minore sed maiore fortassis scelere in d̃o laudatur falsitas: q̃ꝫ vituperet̃ veritas. Et idem in libro de mendacio. Mendaciuꝫ maxime pernitiosum quod fit in his q̃ ad religionem xp̃ianã ꝑtinent. Ideo doctores tenent quod si quis non ex lapsu lingue sed ex industria diceret mendaciũ in predicãdo mortaliter peccaret nec excusaretur si hoc faceret cã conuertẽdi animas ad deũ qꝛ vt ait Apostolus. Deus non eget nr̃o mendacio. Tempore meo inuenti sunt aliqui fingentes ⁊ predicantes miracula falsa visiones excogitatas. Prophetias determinatas ꝑm suum sensum: ⁊ alia huiusmodi qui tamen euanuerũt in cogitatiõibꝰ suis. Nõnulli v̄o vt ignorantibus sapientes apparerent falsas allegationes ad suuꝫ propositũ induxerũt: Unde dũ qdam amicus meus predicaret neapoli inducere voluit ad robur ⁊ confirmationẽ cuiusdã sui dicti sniaꝫ ꝯmẽtatoris q tñ forte nec in aliqno ꝯmẽto dictũ illd̃ tãgebat: ⁊ duꝫ falso allegasset ꝯmentatorẽ. i. de aia. iij. d̃ anima. ij. phisicoꝝ. iij. methaphisice ⁊ huiusmodi. Tãdeꝫ multiplicando verba dixit: Et hoc idẽ ꝯfirmat ꝯmẽtator. i. ethico. iij. ethico. vij. ethico. q tñ d̃ ethicis ñ se itromisit. Ille idẽ fecerat sibi quãdam cathenam doctorum ⁊ falso illos iaducebat dicens. Et hoc refert Augusti. li. ij. de ci. d̃i ⁊. iij. de trinitate. ⁊ in Encheridion ⁊ huiusmodi Ita q̃ apud imperitos videbat̃ homo mirabilis: sed apud doctos ignarꝰ ⁊ mendacijs plenꝰ. ¶ Scd̃o p̃dicatores abstinere debẽt ab adulatiõe ne. s. laudet populũ in quibus rep̃hẽsibilis ẽ quod est pessimum. Uel etiam de temporalibus magnificentijs nisi forte hoc secundum

fiat temperate vt meli⁹ ferant correctionē
durā imediate sequēdam. Adulari enim
pctōribus est graue peccatum: vtpz. lxvi.
di. ca. Sūt nōnulli. Et clericus adulationi
seruiens degradari dz: eadez di. ca. Cleri
cus. Et nihil ē miserius eo q adulationib⁹
delectatur: vt dī. lxxxiij. di. ca. Mihil illo
pastor. Et vtili⁹ est peccātem seuere corri
gere q̄z adulādo palpare. v. q. v. ca. Mon
ois. Et vtilius est ⁊ melius p veritate pa
ti suppliciū: q̄z p adulatione dñficiū. xi. q.
iij. c. Memo. Et adulatio phibet. ¶ Si
qs aliquē testari phibuerit. Et ē adulatio
fmo plat⁹ vt placeat. ¶ Tertio dñt pdica
tores cauere a iactantia. Sūt enim qdam
q semper de se bñ dicūt ⁊ alios pētenunt: de
quib⁹ Gregorius ait. xl vi. di. ca. i. Habet
hoc ppriū doctrina arrogantium vt nesci
ant humiliter docere q̄ sciunt. ¶ Quarto
dñt predicatores cauere a scandalis prela
tor ⁊ alior maior vt non dicanē irratiōa
biliter eor vitia: vñ sequtur q̄ nec illi emē
dant nec populi propter edificant aut me
liores fiunt. Et precipue caute agendū cū
loquuntur predicatores de clericis: q⁹ vt
scribitur ex̄ de immunitate ecclesiarū. ca.
clericis. Clericis laicos infestos oppido
. i. valde. secūdū glosam tradit antiquitas.
antiqtas. Idē. ij. q. vij. c. Laicos. ⁊. c. Lai
ci. ¶ Quinto dñt predicatores prudentes
cauere a contētionib⁹ cū alijs predicatori
bus. vñ apls. i. ad Thimo. iij. ca. ait. No
li contēdere verbis: ad nil enim vtile est ni
si ad subuersionē audientiū. Nec ex hoc q
alius habeat maiorē p̄cursum q fit ēt min⁹
sciēs predicator indignationē ostēdat. Mā
⁊ xp̄s indignat⁹ nō fuit q̄ aliquando ioan
nes baptista fuerit in maiori opinione po
puli q̄z ipse. Si aūt audit alium predicato
rem dicere aliqua que non sunt reprobata
nec contra fidem vel bonos mores ſz du
bia. Cuius nō ipse sit illi⁹ opinionis sufficit si
bi dicere opinionē suā cū suis rōnib⁹ ⁊ nō
impugnet aliū odiose: q⁹ hoc est intrare cō
tentiones ⁊ scandalizare populos. Si etiā
audit predicatorem alium dixisse contra
fidem ⁊ bonos mores vel determinata p
ecclesiā nō credat faciliter nisi audiat a fi
de dignis. Et tunc corrigat eum fraterna
liter vt retractet. Quod si ille noluerit fa
cere tunc publice predicandum. p̄ ipsum.
Si aūt predicator ipse admonitus errauit
debet patienter audire ⁊ se corrigere dicta
q̄z sua erronea emendare. ¶ Sexto predi
catores prudentes debent abstinere a sup
fluitate ⁊ nimia plicitate: q⁹ vt prouerbio
dicitur. Gaudēt breuitate moderni. ff. qō
met⁹ causa. l. i. Et. C. de appellatiōibus. l.
Ampliorē. §. In refutatorijs. Et. C. depci
bus impatori offerendis. l. Simili. vnde
Gregorius in omelia ait Alimenta q̄ mi
nus sufficiūt auidius sumūt. ¶ Septimo
abstinere dñt predicatores a leuitate ne di
cāt verba ociosa ⁊ fabulas ad prouocandū
risum. Et si aliqñ op⁹ est facere populū at
tentū cū aliquā modesta facecia tempera
te fiat ⁊ raro. Nō sit etiā leuis p̄dicator ad
ferendā sententiā de quolibz actu q̄ sit pec
catū mortale. Et in omnib⁹ vtatur grauī
tate sicut bos lapsus qui fortiter figit pedē
¶ Octa. abstiere dñt p̄dicatores ab idiscre
tio. Mā gdā int mierculas ō subtilitatib⁹
theologie predicāt alij docti ⁊ sapientibus
viris fabulas narrāt. Mōnulli in p̄cipuis
⁊ maximis iesu xp̄i ⁊ virginis matris alio
rūq̄z sol̄nitatibus de ludo alee: ō blas
femia: de vsura ⁊ similib⁹ predicāt. Nihil
de copiosa materia festiuitatū occurrente
tangentes: Heu non possum non accusare
quendā qui in die natiuitatis iesu xp̄i in ci
uitate neritonensi de sodomia totū fmonē
p̄terit. cum tñ miranda occurrerāt de na
tiuitate xp̄i iocunda. Pleriq̄z etiā duz con
tra vitia inuehūt oi honestate ōmissa talia
loquūtur ⁊ dicunt qualia etiā in ore leonuz
turpissima viderentur. Mi nolunt audire
verba sancti francisci qui sic in regula fra
trum minorum sanctissime retulit. Mo
neo quoq⁹ et hortor eosdē fratres meos in
domino iesu xp̄o vt in predicatione quam
faciunt sint examinata ⁊ casta eorum elo
quia ad vtilitatem ⁊ edificationem popu
li. Annunciando vitia ⁊ virtutes penam
⁊ gloriam cum breuitate sermonis: In om
nibus predictis prudentissimus fuit pre
ceteris predicationibus horum tempo-

ruz dux ille verbi sanctus Bernardinus
Nā semper recte incessit p̄dicauitq; vitatē
sine falsitate: sine fictionib⁹: sine adulatiōe
cū honore ⁊ reuerētia p̄latoꝝ ⁊ toti⁹ cleri:
cum humilitate in verbis ⁊ factis. cuz pa
tientia ad contentiones vitandas: cuz mē
sura ⁊ modo: cū grauitate ⁊ discretiō e mlt
ta adeo ꝙ exceptis emulis eius sermo gra
tus dulcis ⁊ delectabilis fuit oībus doctis
pariter ⁊ indoctis viris mulieribus cun
ctisq; generib⁹ hoīum: put oīs italia clare
firmiterq; testat. ¶ Tertia ꝯditio p̄dicati
onis sancti bernardini dr̄ efficatia. Predi
cauit. n. cū admirabili aīaꝝ fructu adeo ꝙ
oēs italie ciuitates ⁊ maiores ⁊ mediocres
⁊ minores pro maiore pte sua doctrinare
dūxit ad christum. Ipe peccatores ꝯuertit
Ipe vsuras extiguit. Ipe mltos hītū religio
nis induit. Ipse fratrum de obseruanlia lo
ca ⁊ monasteria construi fecit. Ipse discor
dantes ad pacem reduxit. Ipse ad festa co
lenda populos traxit. Ipse deniq; cunctos
mares ac mulieres vt deum timerēt ama
rent allexit. Testantur hec omnia precla
rissime inclitequ italie vrbes: Roma: sena
perusia: florētia: bonōia: ferraria: venetia:
padua: verona: vincētia: brixia: mediola
nū: ianua: ⁊ alie q̄z plures. In quibus ita ef
ficaciter seminauit verba vite vtsq; in p̄
sentem diē adhuc gustentur fructus p̄dica
tionū suaꝝ. Quinimmo ⁊ sic p⁹ ipm in offi
cio p̄dicādi clari sūt hīti vt frēs Joānes de
cadistrano: Jacob⁹ de marchia: Matthe⁹
de sicilia: Antonius de botonto: Andreas
de sancto geminio. Joānes d̄ p̄to: Jacob⁹
de donzellis de bononia: Herculanus de
perusio Frāciscus de treuio: Siluester de
senis: Antonius de arimino: Michael de
mediolano: Bartholome⁹ d̄ ayano: Anto
nius de vercellis: Seraphinus de gaieta
Cherubinus de spoleto: Frāciscus de spo
to Hieronym⁹ de florētia: Dñicus de go
nessa: Jacob⁹ de gallio: oēs fratres mino
res in hoc genere dicendi famosissimi ⁊ q
cunq; alij etiā de alijs ordinibus mendicā
tiū p maiori pte conati sūt imitari modū ⁊
regulam atq; stilum ipius sancti bernardi
ni. Adhuc ⁊ multi ex his sermones illis

p[illegible] [illegible]ciarunt qui [illegible] vbi
rimos produxerunt: Ego etiaz qui de ber
nardino ⁊ si incomposite tamē nō sine de
uotione precipua ista refero: omnem ita
liam lustraui predicauiq; quadraginta an
nis euangelium iesu christi bernardinum
habui in stilo pronunciandi necnon scribē
di patrem ⁊ preceptorem. Et lice illum
non viderim legi tamen sermones ame
nissimos quos compilauit: Predicaui ⁊ il
los qñq; lz postmoduz alias ego ꝯfecerim
Qd̄ vtiq; non ex presumptione sed chari
tate ac necessitate temporum volui tenta
re. Naz ⁊ propter studia humanitaris qui
bus iam completa est omnis italia ⁊ pro
pter virorum doctissimoꝝ in qualibet fa
cultate copiam ac etiam propter subtilita
tem populorum qui quodāmō propter mlt
taꝝ predicatiōum frequentiam effecti sūt
curiosi: consulte visum est mihi agere vt
sermones illos contexerez. Quare vt par
tem istam expediam concludo ꝙ sanctus
Bernardinus fructuosissime predicauit.
¶ Qualiter deus honorauit sanctum ber
nardinum: in miraculis in canonizatione
⁊ in gloria beata. Capitulum. iij.

Tertia excellentia predicationis san
sancti bernardini: dr̄ honorationis.
Voluit. n. d̄s honorare illū triplici honore
Primus dicitur miraculose rutilationis.
Secundus solennis canonizatiouis.
Tertius superne glorificationis
¶ Primus honor fuit miraculoꝝ rutilan
tium. Multa equidem miracula visa sūt
de sancto isto. Naz eo mo: tuo in vigilia
ascensionis iesu christi: dum fratres eius
socij in aquilano conueutu corpore in cellu
la cum luminaribus solo dimisso incede
rent vt capsa celeriter fieret in qua corpus
illud r econditum senas transportarent.
Quidam adolescens pasqualis nomine
per multos annos claudus qui nec rectus
incedere potera sed manib⁹ reptādo ibat
cuius genua carnosa dura erāt ⁊ tumida a
spū scō inspiratus sic reptādo vt potuit ad
corpus sancti bernardin peruenit deuoti
tione inflammatus tetigit faciem eius ⁊
inde gēua sua cum fide infusa mirabili cō

...endans se sancto viro. ...
surrexit san⁹ ⁊ liber ꝯ currendo cũ lachry
mis ⁊ clamoribus exulta tionis ad ecclesi
am properauit. Sentiũt omnes voces vi
dent liberum quem viderãt vsu ambulã
di priuatum. Mirãtur: gratias referunt
omnipotenti deo ⁊ sancto bernardio. Cõ
mouetur ciuitas tota ⁊ fit concursus viro
rum ac mulierũ. Ciues vero corpus ad ec
clesiam cum hymnis ⁊ laudib⁹ ⁊ armatoꝝ
custodiam deferri faciunt: socijs atqꝫ sun
cti referũt ne thesaurum ipsis a deo datũ
inde amouere presumãt. vidi ego illũ pas
qualẽm ⁊ secũ locut⁹ sum q retulit omnia
que narrata sunt. Eodem die iuuencula q̃
dam nomine partia que mensibus pluri
bus in lecto iacuerat nec per seipsam pote
rat ambulare patiebat̃ etiã vulnera que
dã q̃ fistule dicunt̃ a medicis: audiẽs ana
tũ pasqualem suppliciter expostulauit ad
corp⁹ sancti deferri. Quo cũ ꝑuenissꝫ oro
neqꝫ facta incolumis redijt domum non
solum restituta viribus corporis sed etiaꝫ
eodeꝫ instanti a fistulis ꝑfecte sauata. Hãc
ego allocut⁹ suꝫ ⁊ parẽtes ac vicinos eius
qui oẽs affirmarũt sic esse vt expositum ẽ.
Sicilia de spoleto vxor nobilis viri fran
cisci non valens se mouere de lecto cũ sic
per plures ãnos molestata fuissꝫ deducta
ad corp⁹ sancti bernardini restituta est op
time sanitati. Et hec omnia retulerũt mlt
ti spoletini etiam ⁊ ipsa que prima erat in
ecclesia maiore dũ ibi vna quadragesima
predicaui. Alia mulier de populo q̃ annis
trigintaseptem omni vsu ambulãdi priua
ta extiterat ducta ad corpus sancti bernar
dini mox sanitatem adepta est. Hanc ego
vidi sanam ⁊ robustam ac si nullum antea
malum passa fuisset: Sunt ⁊ alia istius san
cti miracula multa vsqꝫ in hodiernũ diez
Ad sacrũ cuius tumulũ frequenter mẽbra
languẽtuꝫ modo sanitati q̃ libet morbo
fuerint grauata restituũtur. ¶ Secundus
honor quo d̃s honorauit scm̃ bernardi. dr̃
solennis canonizatiõis. Fuit eqdẽ cãoniza
t⁹ cũ multa solẽnitate ⁊ magnificentia pre
ceteris quos vidimus canonizari. Nam
tempore meo eugenius quartus canoni
zauit sanctum nicholaũ de tolentino. Ca
lixtus tertius sanctũ vincentium ⁊ osimũ
dũ. Pius secundus sanctam catherinam
qe senis. Sixtus quartus sanctuꝫ bonauẽ
turam. Et Nicholaus quintus sanctũ ber
nardinum. Sed in canonizatione istius
multe concurrerunt facientia ad gloriam
eius videlicet annus iubileus que ex om
christianorum partibus multitudo maxia
confluebat ad vrbem. Et dies penthecos
tes festum vtiqꝫ solẽnissimũ: Et generale
capitulum fratrum minorum in quo con
uenerũt vltra quinqꝫ milia fratrum. Et
ego de ipso post canonizationem sermo
ad ad populum habui in quo concurrerũt
multa milia virorum ac mulierũ. ¶ Ter
tius honor quo deus honorare voluit san
ctum bernardinum dicitur superne glori
ficationis. In celesti nãqꝫ patria vltra es
sentiale premium coronatur aureola que
debetur doctoribus de qua diximꝰ in ope
re de laudibus sanctorum in sermone de
sancto petro martyre. Dicere itaqꝫ possu
mus illud psalmiste. Magna ẽ gloria eius
magna vtiqꝫ in ecclesia militante maior
in ecclesia triumphante. Quare con
uenienter de ipso referre possumus quod
de paulo primo heremita in sua vita
Hieronimus scribit. Si mihi inqt lectio
nem optione dominus dignaretur conce
dere magis eligerem tunicã pauli cuꝫ me
ritis eius: ita ⁊ sancti bernardini q̃ꝫ reguꝫ
purpuras cũ gẽmis suis. Deprecemur er
go deum celi vt per merita tãti sancti di
gnos efficiat nos sua gratia. Et tandeꝫ ad
vitaꝫ perducat eternaꝫ. A M E N

Examinatũ opus ꝑ egregiũ sacre thelogie
doctoreꝫ magistrũ Gasparinũ boro vene
tũ sacri ordinis seruoruꝫ diue Marie re
gularis obseruãtie. Et impressuꝫ venetijs
per Bernardinum benalium. Anno dñi
M.CCCC.LXXXX. Die. kl. Octo
bris.

Registrum huius operis. a b c d e f
g h i k l m n o p q r s t v x y z ⁊ ꝯ ꝝ A
Omnes sunt quaterni

Ham X4482



